

mandavit nobis huiusmodi lapidare. Tu ergo quid dicis?.. Erigens autem se Jesus, dixit ei: Mulier, ubi sunt qui te accusant? Nemo te condemnavit? Quae dixit: Nemo, Domine. Dixit autem Jesus: Nec ego te condemnabo; vade, et jam amplius noli peccare.

Act. c. 10, v. 52: Et praecepit nobis praedicare populo, et testificari quia ipse est, qui constitutus est à Deo iudex vivorum et mortuorum.

Act. c. 17, v. 51: Eo quod statuit diem, in quo iudicaturus est orbem in aequitate in viro in quo statuit, fidem probans omnibus, suscitans eum à mortuis.

Rom. c. 14, v. 10: Omnes enim stabimus ante tribunal Christi; scriptum est enim: Vivo ego, dicit Dominus, quoniam mihi flectetur omne genu, et omnis lingua confitebitur Deo. Et 2 Cor. c. 5, v. 10.

2 Thess. c. 1, v. 7 et seq.: In revelatione Domini Jesu de caelo cum Angelis virtutis ejus, in flammâ ignis dantis vindictam his qui non noverunt Deum, et qui non obediunt Evangelio Domini nostri Jesu Christi, qui panes dabunt in interitu aeternas à facie Domini, et à gloriâ virtutis ejus, cum venerit glorificari in sanctis suis, et admirabilis fieri in omnibus qui crediderunt.

2 Tim. c. 4, v. 8: In reliquo deposita est mihi corona justitiae, quam reddet mihi Dominus in illâ die, justus iudex, non solum autem mihi, sed et his qui diligunt adventum ejus.

CAPUT CLXVII.

APOSTOLI JESU JUDICES.

Sap. c. 5, v. 7, 8: Fulgebunt justi, et tanquam scintillae in arundineto discurrent, iudicabunt nationes, et dominabuntur populis, et regnabit Dominus illorum in perpetuum.

Math. c. 19, v. 28: Jesus autem dixit illis: Amen dico vobis, quod vos qui secuti estis me, in regeneratione, cum sederit Filius hominis in sede maiestatis suae, sedebitis et vos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel. Et Luc. c. 22 v. 28 et seq.

CAPUT CLXVIII.

IESU OMNIS POTESTAS A PATRE DATA.

Dan. c. 7, v. 15, 14: Aspiciebam ergo in visione noctis, et ecce cum nubibus caeli quasi Filius hominis veniebat, et usque ad Antiquum diervm pervenit, et in conspectu ejus obtulerunt eum. Et dedit ei potestatem, et honorem, et regnum, et omnes populi, tribus et linguae ipsi servient, potestas ejus, potestas aeterna, et non erit auferetur, et regnum ejus, quod non corrumpetur.

Math. c. 28, v. 18: Et accedens Jesus locutus est eis, dicens: Data est mihi omnis potestas in caelo et in terra.

Joan. c. 15, v. 3: Sciens quia omnia dedit ei Pater in manus.

Joan. c. 17, v. 1, 2: Haec locutus est Jesus, et sublevis oculis in caelum, dixit: Pater, venit hora, clarifica Filium tuum, ut filius tuus clarificet te; sicut dedisti ei potestatem omnium, ut omne quod dedisti ei, det eis vitam aeternam.

Hebr. c. 4, v. 2: Nonisimo diebus istis locutus est nobis in Filio, quem constituit haeredem universorum.

Hebr. c. 2, v. 8: Omnia subiecisti sub pedibus ejus. In eo enim quod omnia ei subjeci, nihil dimisit non subiectum ei.

CAPUT CLXIX.

IESU SERVATOR.

Psal. 71, v. 1 et seq.: Deus, iudicium tuum regi da, et iustitiam tuam filio regis... iudicabit pauperes populi, et salvos faciet filios pauperum, et humilibus calumniatores. Et permanet cum sole, et ante lunam, in generatione et generationem.

Psal. 75, v. 12: Deus autem rex noster ante saecula, operatus est salutem in medio terrae.

Psal. 97, v. 1 et seq.: Cantate Domino canticum novum, quia mirabilia fecit. Salvavit sibi dextera ejus, et brachium sanctum ejus. Notum fecit Dominus salutem suam; in conspectu gentium revelavit iustitiam suam. Recordatus est misericordiae suae, et veritatis suae domui Israel. Viderunt omnes termini terrae salutem Dei nostri.

Psal. 117, v. 21 et seq.: Confitebor tibi, quoniam exaudivisti me, et factus es mihi in salutem. Lapidem, quem reproboverunt aedificantes, hic factus est in caput anguli. A Domino factum est istud, et est mirabile in oculis nostris. Haec dies quam fecit Dominus, exultemus et letemur in eâ. O Domine, salvum me fac! O Domine, bene prosperare! benedictus qui venit in nomine Domini... Confitebor tibi, quoniam exaudivisti me, et factus es mihi in salutem.

Isa. c. 12, v. 2, 5: Ecce Deus Salvator meus, fidecialiter agam, et non timeo, quia fortitudo mea, et leus mea Dominus, et factus est mihi in salutem. Haurietis aquas in gaudio de fontibus Salvatoris.

Isa. c. 49, v. 19, 20: In die illâ erit altare Domini in medio terrae Aegypti, et titulus Domini iuxta terminum ejus erit in signum, et in testimonium Domino exercituum in terrâ Aegypti. Clamabunt enim ad Dominum à facie tribulantis, et mittet eis Salvatorem et propugnatores, qui liberet eos.

Isa. c. 25, v. 8, 9: Praecipitabit mortem in sempternum, et auferet Dominus Deus lacrymam ab omni facie, et opprobrium populi sui auferet de universâ terrâ, quia Dominus locutus est. Et dicit in die illâ: Ecce Deus noster iste, expectavimus eum, et salvati nos; iste Dominus, sustinimus eum, exultabimus, et letabimur in salutari ejus.

Isa. c. 55, v. 22: Dominus enim iudex noster, Dominus legifer noster, Dominus rex noster, ipse salvabit nos.

Isa. c. 55, v. 4 et seq.: Dicit pusillanimis: Confortamini, et nolite timere; ecce Deus vester ultionem adducet retributionis; Deus ipse veniet, et salvabit vos. Tunc aperientur oculi caecorum, et aures surdorum patebunt; tunc saliet sicut cervus claudus, et aperta erit lingua mutorum.

Isa. c. 45, v. 8: Rorate, caeli, desuper, et imbeantur iustum; aperiantur terra, et germinet Salvator, et iustitia oriatur simul; ego Dominus creavi eum.

Isa. c. 46, v. 12, 15: Audite me, duro corde, qui

longè estis à iustitiâ; propè feci iustitiam meam, non elongaverit, et salus mea non morabitur. Dabo in Sion salutem, et in Israel gloriam meam.

Isa. c. 49, v. 6, 25: Et dixit: Parùm es ut sis mihi servus ad suscitandas tribus Jacob, et facies Israel convertendas; ecce dedi te in lucem gentium, ut sis salus mea usque ad extremam terram... Quia haec dicit Dominus: Equidem et captivitas à forti tolletur, et quod oblitum fuerit à robusto salubitur. Eos verò qui iudicaverunt te, ego iudicabo; filios tuos ego salvabo.

Isa. c. 51, v. 5: Propè est Justus meus, egressus est Salvator meus; et brachia mea populos iudicabunt; me insule expectabant, et brachium meum sustinebunt.

Isa. c. 52, v. 10: Paravit Dominus brachium sanctum suum in oculis omnium gentium, et videbunt omnes fines terrae salutem Dei nostri.

Isa. c. 60, v. 16: Et scies quia ego Dominus salvans te, et redemptor tuus fortis Jacob.

Isa. c. 62, v. 1, 11: Propter Sion non tacebo, et propter Jerusalem non quiescam, donec egrediatur in splendor Justus ejus, et Salvator ejus ut lampas accendatur... Ecce Dominus auditum fecit in extremis terrae: Dicit filia Sion: Ecce Salvator tuus venit; ecce merces ejus cum eo et opus illius coram illo.

Isa. c. 65, v. 8, 9: Et dixit: Veritatem populus meus est, filii non negotantes, et factus est eis Salvator. In omni tribulatione eorum non est tribulatus, et Angelus faciei ejus salvavit eos; in dilectione sua et in indulgentiâ suâ ipse redemit eos, et portavit eos, et elevavit eos cunctis diebus saeculi.

Jerem. 25, v. 5, 6: Ecce dies veniunt, dicit Dominus, et suscitabo David germen justum, et regnabit rex, et sapiens erit, et faciet iudicium et iustitiam in terrâ. In diebus illis salubitur Juda, et Israel habitabit confidenter; et hoc est nomen quod vocabunt eum, Dominus iustus noster. Et Jerem. c. 55, v. 16.

Joel. c. 2, v. 51, 52: Sol convertetur in tenebras, et luna in sanguinem, antequàm veniat dies Domini magnus et horribilis. Et erit: Omnis qui invocaverit nomen Domini, salvus erit; quia in monte Sion, et in Ierusalem erit salvatio, sicut dixit Dominus, et in residuis quos Dominus vocaverit.

Habac. c. 5, v. 15, 18: Egressus es in salutem populi tui, in salutem cum Christo tuo... Ego autem in Domino gaudebo, et exultabo in Deo Jesu meo.

Zach. c. 9, v. 9: Exulta satis, filia Sion; júbila, filia Ierusalem; ecce Rex venit tibi iustus et Salvator; ipse pauper et ascendens super asinum, et super pullum filium asinae.

Math. c. 1, v. 21 et seq.: Pariet autem filium, et vocabis nomen ejus Jesum; ipse enim salvum faciet populum suum à peccatis eorum. Et Luc. c. 1, v. 31, et c. 2, v. 21.

Math. c. 18, v. 11: Venit enim Filius hominis salvare quod perierat. Et Luc. c. 9, v. 56, et c. 19, v. 10.

Math. c. 27, v. 59 et seq.: Proterentes autem blasphemabant eum, moventes capita sua et dicentes: Vah! qui destruis templum Dei, et in triduo illud reedi-

ficas, salva teipsum; si Filius Dei es, descende de cruce. Similiter et principes sacerdotum, illudentes eum scribis et scribeis dicebant: Alios salvos fecit, seipsum non potest salvum facere. Et Marc. c. 15, v. 28, 29. Luc. c. 23, v. 55 et seq.

Luc. c. 1, v. 69 et seq.: Et erexit cornu salutis nobis, in domo David pueri sui; sicut locutus est per eos sanctorum, qui à saeculo sunt, Prophetarum ejus; solutum ex inimicis nostris, et de manu omnium qui oderunt nos.

Luc. c. 2, v. 10: Et dixit illis Angelus: Nolite timere, ecce enim evangelio vobis gaudium magnam, quod erit omni populo; quia natus est vobis hodie Salvator, qui est Christus Dominus, in civitate David.

Luc. c. 2, v. 29, 50: Nunc dimittis servum tuum, Domine, secundum verbum tuum in pace; quia viderunt oculi mei salvatorem tuum, quod parasti ante faciem omnium populorum.

Luc. c. 5, v. 4 et seq.: Sicut scriptum est in libro Sermorum Isaie prophetæ: Vox clamantis in deserto: Parate viam Domini, rectus facite semitas ejus... et videbit omnis caro salvatorem Dei.

Joan. c. 5, v. 14 et seq.: Et sicut Moyses exaltavit serpentem in deserto, ita exaltari oportet Filium hominis, ut omnis qui credit in ipsum non pereat, sed habeat vitam aeternam. Sic enim Deus dilexit mundum, ut Filium suum unigenitum daret, ut omnis qui credit in eum non pereat, sed habeat vitam aeternam. Non enim misit Deus Filium suum in mundum, ut iudicet mundum, sed ut salvetur mundus per ipsum. Et Joan. c. 12, v. 47.

Joan. c. 4, v. 22, 42: Vos adoratis quod scimus, quia salus est Judaeis est... Et mulier dicebant: Quia jam non propter tuam loquelam credimus; ipsi enim audivimus, et scimus quia hic est verus Salvator mundi.

Joan. c. 5, v. 34: Ego autem non ab homine testimonium accipio, sed haec dico ut vos salvi sitis.

Joan. c. 10, v. 9: Ego sum ostium: per me si quis introierit, salvabitur.

Joan. c. 17, v. 1, 2: Haec locutus est Jesus; et sublevis oculis in caelum, dixit: Pater venit hora, clarifica Filium tuum, ut Filius tuus clarificet te; sicut dedisti ei potestatem omnium carnis, ut omne quod dedisti ei, det eis vitam aeternam.

Act. c. 4, v. 10 et seq.: Notum sit omnibus vobis, et omni plebi Israel, quia in nomine Domini nostri Jesu Christi Nazarenæ, quem vos crucifixistis, quem Deus suscitavit à mortuis, in hoc iste adstat coram vobis sanus. Hic est lapis, qui reprobus est à vobis aedificatus, qui factus est in caput anguli; et non est in alio aliquo salus. Nec enim aliud nomen est sub caelo datum hominibus, in quo oporteat nos salvos fieri.

Act. c. 5, v. 50, 51: Deus patrum nostrorum suscitavit Jesum, quem vos interemistis suspendentes in ligno. Haec Principem et Salvatorem Deus exaltavit dexterâ suâ.

Act. c. 15, v. 25: Hujus Deus ex semine, secundum promissionem, dixit Israel Salvatorem Jesum.

Act. c. 15, v. 47: Sic enim precepit nobis Dominus

Posui te in lucem gentium, ut sis in salutem usque ad extremum terra.

Act. c. 29, v. 28: *Notum ergo sit vobis, quoniam gentibus missum est hoc salutare Dei.*

Rom. c. 5, v. 9, 10: *Christus pro nobis mortuus est: multo igitur magis nunc iustificati in sanguine ipsius, salvi erimus ab ira per ipsum. Si enim, cum inimici essemus, reconciliati sumus Deo per mortem Filii eius, multo magis reconciliati, salvi erimus in vita ipsius.*

Eph. c. 2, v. 5: *Et cum essemus mortui peccatis, concitificavit nos in Christo, cujus gratia estis salvati.*

Eph. c. 5, v. 25: *Quoniam vir caput est mulieris, sicut Christus caput est Ecclesiae; ipso Salvatore corporis eius.*

Philipp. c. 3, v. 20: *Nostra autem conversatio in caelis est, unde etiam Salvatorem exspectamus Dominum nostrum Jesum Christum.*

1 Tim. c. 4, v. 15: *Fidelis sermo, et omni acceptatione dignus, quod Christus Jesus venit in hunc mundum peccatores salvos facere, quorum primus ego sum.*

Tit. c. 1, v. 4: *Tito dilecto filio, secundam communem fidem, gratia et pax à Deo Patre, et Christo Jesu Salvatore nostro.*

Tit. c. 2, v. 15: *Exspectantes beatam spem, et adventum gloriae magni Dei, et Salvatoris nostri Jesu Christi.*

Tit. c. 3, v. 4 et seq.: *Cum autem benignitas et humanitas apparuit Salvatoris nostri Dei, non ex operibus iustitiae, quae faciunt nos, sed secundum suam misericordiam salvos nos fecit, per lavacrum regenerationis et renovationis Spiritus sancti, quem effudit in nos abunde per Jesum Christum, Salvatorem nostrum, ut iustificati gratia ipsius, haeredes simus secundam spem vitae aeternae.*

Hebr. c. 2, v. 10: *Decebat enim eum propter quem omnia, et per quem omnia, qui multos filios in gloriam adduxerat, auctorem salutis eorum per passionem consummare.*

Hebr. c. 5, v. 8, 9: *Et quidem cum esset Filius Dei, didicit ex his quae passus est, obedientiam; et consummatus factus est omnibus obtemperantibus sibi causa salutis aeternae.*

Hebr. c. 7, v. 25: *Unde et salvare in perpetuum potest accedentes per semetipsum ad Deum.*

Hebr. c. 9, v. 28: *Sic et Christus semel oblatas est ad multorum exhaerenda peccata; secundo sine peccato apparebit exspectantibus se in salutem.*

2 Petr. c. 1, v. 1: *Simon Petrus, servus et Apostolus Jesu Christi, iis qui coaequalem nobiscum sortitis sunt fidem, in iustitia Dei nostri, et Salvatoris Jesu Christi. Et c. 1, v. 11, et c. 2, v. 20; et c. 3, v. 2, 18.*

1 Joan. c. 4, v. 9, 14: *In hoc apparuit charitas Dei in nobis, quoniam Filium suum unigenitum misit Deus in mundum, ut vivamus per eum... Et nos vidimus, et testificamur quoniam Pater misit Filium, Salvatorem mundi.*

CAPUT CLXX.

VARIJ JESU TYPI COLLEGUNTUR E VETERI TESTAMENTO.

1° Subjectimus lectorum oculis prophetias omnes veteris Testamenti ad Christum Jesum pertinentes,

etque opposita novi testimonii, quibus illarum exitus continetur. Prophetias omnes dico, nam si quae fortassis in tantâ copâ diligentiam efflugit nostram, vel brevitatâ studio prætermittenda fuit, vel præ tot aliis clarissimis et apertissimis, quae proferimus, non magni certè momenti censenda est; si tamen illa loqui fas est, cum prædicio nulla neglexerit Christi Jesu, pondere ac dignitate caret. Nunc quoniam diximus supra duplex in sacris codicibus valitiorum quibus exstare, alterum per verba, per signa alterum; eum jam priori generi satisfacere, aliud nobis superest exequendum, quod breviori gyro circumscribimus. Primum dat Jesu typum, hominum omnium parens Adamus; vel ipso monstrante Apostolo, qui formam eum esse futuri pronuntiat. Tam deinde hæc inter ipsos comparationem instituit: *Igitur sicut per unius delictum in omnes homines in condemnationem, sic et per unius iustitiam in omnes homines in justificationem vita. Sicut enim per inobedientiam unius hominis, peccatores constituti sunt multi, ita et per unius obediendum, iusti constituentur multi.* Tum alibi 1 Cor. c. 15, v. 20 et seq.: *Nunc autem Christus resurrexit à mortuis, primitiam dormientium; quoniam quidem per hominem mors, et per hominem resurrectio mortuorum. Et sicut in Adam omnes moriuntur, ita et in Christo omnes vivificentur.* Deinde: *Factus est primus homo Adam in omnium viventem; novissimus Adam in spiritum vivificantem... Primus homo de terra, terrenus; secundus homo de caelo, caelestis. Qualis terrenus, tales et terreni; et qualis caelestis, tales et caelestes. Igitur sicut portavimus imaginem terreni, portemus et imaginem caelestis.* Hinc addit, utrumque fuisse Filium Dei; nam stemma Christi Jesu pertexens Lucas, Adamum appellat filium Dei, et à Jesu Filio Dei hæc seriem auspicius, in Adamo Dei filio desinit. Sexto die creatur Adamus; sexto die mortem subit Christus. Ad imaginem Dei creatus est Adamus; Jesus est imago Dei invisibilis, et figura substantiae ejus, et speculum sine macula Dei majestatis, et imago bonitatis illius, Col. c. 1, v. 15. De terra virgine factus est Adamus; Jesus de puella virgine. Adamum jussit Deus dominari piscibus maris, et volatilibus caeli, et universis animalibus quae moventur super terram, Gen. c. 1, v. 28; datus sibi omnem potestatem in caelo et in terra prædicit Jesus. Conjugium Adami et Eve, individuum Christi Jesu et Ecclesiae coniugium referre auctor quoque est Paulus in Epistola ad Ephesios, cap. 5, v. 31, 32. Eva suasa admittitur peccatum; Mariae partu oritur peccati remedium. Per lignum mortis nos tradit Adamus; per lignum vite nos restituit Jesus. Fructum arboris, per quem bonum et malum noscebatur, degustat Adamus; de Christo Jesu prædixit Isaias, c. 7, v. 15: *Butyrum et mel comedit, ut sciat reprobare malum et eligere bonum.* Nudus peccavit Adamus; nudus peccatum in cruce reparavit Christus. Post admissum peccatum, terrestri paradiso exit Adamus; post reparatum peccatum, caelestem paradysum subit Jesus. Dormiente Adamo creatur Eva; moriente Jesu nascitur Ecclesia. Ex Adamo et Eva nascuntur homines; ex Christo et Ecclesia renascuntur homines. Quin et Hebraei sepultum in Golphoth monte Adamum fabulati sunt. Penes eos rei fides esto; palam certè refragatur Hieronymus. Hanc comparationem à contrariis petisse Paulum rectè observatum est ab Origenè; ita ut in genere similitudo, in specie oppositio inter utrumque appareat.

2° Alteram Jesu Christi figuram exhibet nobis Abelis et Caini historia. Quemadmodum enim Abeli, integerrimo viro, Caini fratris invidiam conflavit eximia pietas; ita Jesu, hominum omnium innocentissimo, fratrum Judaeorum odium virtutes suae pepererunt. Fuit Abel ovium pastor, Jesus hominum. Abeli mortem parat Cainus, Jesu Judaei. Abelum foras ad mortem educit Cainus; Jesum Judaei ad supplicium extra Hierosolymam rapunt. Vox sanguinis Abelis clamat ad Deum de terra; de Jesu sic dixerit Paulus ad Hebraeos, cap. 12, v. 24: *Accessistis ad Testamentum novi mediatorum Jesum, et sanguinis aspersionem melius loquentem quam Abel.* Hanc Caino poenam criminis irrogat Deus, ut sacer et detestabilis sit in terra hæc, quam fraterno sanguine respersit; Judaeos vulgò execrabiles esse videmus, in Ecclesia præsertim Christianâ, quae Jesu sanguine lota ac mundata est. Futurum præterea addit Deus, ut terram à se fedatam vanis laboribus Cainus exerceat, nullos ipsi fructus, opere pretium nullum reddiderat; miseranda quippè hæc est Judaeorum conditio, ut priscae et antiquatae Syriaeque, et abrogatos ritus frustra concelant, nec quidquam proficiant ad salutem. Exilio quoque Cainum mulctat Deus, patriisque sedibus eicit; sic tamen ut tutam ei et incolumentem vitam præstat; profugi passim et extorres errant Judaei, nec penitus tamen excinduntur, sed certa gens, ab aliis discreta esse pergunt, juxta illustre hoc Jeremias oraculum, cap. 51, v. 55, 56: *Hæc dicit Dominus, qui dat solum in lumine diei, ordinem lunæ et stellarum in lumine noctis; qui turbat mare, et sonant fluctus ejus; Dominus exercituum nomen illi: Si defecerint leges istarum coram me, dicit Dominus, tunc et semen Israel deficiet, ut non sit gens coram me cunctis diebus.* Signo quodam Cainum notavit Deus, quo agnitus vulgò mortem effugeret; Judaei variis in locis certo colore vel notâ insignes esse jubentur. Hanc Christi Jesu et Abelis comparationem prosecutus est Rupertus Abbas Tuitiensis, lib. 3, Comment. in Gen. cap. 6.

3° Alius etiam Christi typus in Noe consistit, ejus nomen petitur à verbo *noë*, cui consolationis et quietis significatio inest; id de se pollicetur Jesus eum ait, Matth. 11, v. 28, 29: *Venite ad me, omnes qui laboratis et onerati estis, et ego reficiam vos. Tollite jugum meum super vos, et discite à me quia mitis sum et humilis corde; et invenietis requiem animabus vestris.* Noe, inquit Moses, Gen. c. 6, v. 8, 9, invenit gratiam coram Domino; Noe vir justus atque perfectus fuit in generationibus suis; cum Deo ambulavit. Jesus, inquit Lucas, cap. 2, v. 40, 4, et cap. 52, v. 22, proficiebat sapientia, et ætate, et gratia apud Deum et homines. Gratia, inquit Joannes, cap. 1, v. 17, et veritas per Jesum Christum facta est. Justum præterea

dictum fuisse Jesum ostendimus; in æternum vero perfectum esse scribit Paulus ad Hebraeos, cap. 7, v. 28. Terras inundante diluvio, totumque humanum genus delente, si tantum perniciem instantem effugiant, quos servat Noe; grassante per terras peccati lœ, hominesque in certum interitum adducto, si tantum imminenti subducuntur exitio, quos Jesus salvos voluit. *Nec enim, inquit Petrus, aliud nomen est sub celo datum hominibus, in quo oportet nos salvos fieri, Act. c. 4, v. 12.* Et uterque homines per lignum præstat incolentes. In arcâ verò Ecclesiae figuram prehenderunt priscae ac novitii Scripturæ sacre interpretes; extrâ quas si qui deprehensi sunt, certissimo interitu, hi temporario, illi æterno sunt consumpti. Natus Noe à Chamo filio irrisus est; cum interfecti filii ejus alii duo singularem ipsi pietatem ac reverentiam præstiterunt, ac propterea illum pater diris devovit, his fausta omnia appretus est; nudus in cruce pendens Christus Jesus ab Israele filio ludibrio habitus est, cum vero israel et populus gentium, ejus quoque filii, in ipsius obsequio cultumque concesserunt; et idecirco Deo ille abominatus extrema per omnia infelicem vitam trahit, dum huc caelestis gratia aspirat.

4° Præclarum in Melchisedech Jesu exemplar agnoscit Paulus in Epistola ad Hebraeos. Ait enim, cap. 7, v. 2, 5: *Primum quidem interpretatur rex iustitiae; deinde autem et rex Salem, quod est rex pacis, sine patre, sine matre, sine genealogiâ; neque initium dierum, neque finem vitae habens; assimilatus autem Filio Dei, manet sacerdos in perpetuum.* Hæc in Jesu *spiritus* exstant valde manifesta; nam et regia ejus potestas, et præstans justitia, et insigne pacis studium prædicantur in veteri Testamento ac in novo, ut probatum est à me in Parallelismo. Sine patre natus est, quippè ex Virgine; sine matre, quippè Filius Dei; cujus genealogia nulla est, utpote Dei, parentum majorumque seriem haudquam percensentis. Neque initium habet, neque finem; quippè ab omni retro ævo à Patre natus est, nullâ temporum diuturnitate unquam extinguendus; cui dixit Deus, Psalm. 109, v. 5: *Tecum principium in die virtutis tuae, in splendoribus sanctorum; ex utero autem Luciferum genui te; qui ipse deo hæc prædicit: Ab initio et ante secula creata sum, et usque ad futurum seculum non desinam, Eccli. cap. 24, v. 14, qui primum se et novissimum esse ait, alpha et omega, principium et finem.* Unde Paulus comparationem Jesu cum Melchisedech persequens: *Melioris Testamenti, inquit, sponsor factus est Jesus; et alii quidem plures facti sunt sacerdotes, idecirco quod morte præhiberentur permanere; hic autem eo quod natus in æternum, semper vivens habet sacerdotium.* Unde et salvare in perpetuum potest accedentes per semetipsum ad Deum, semper vivens ad interpellandum pro nobis. Hebr. cap. 7, v. 22 et seq.; quod et subinde repetit. Sacerdos fuit Jesus, non oleo illo ex arborum fructibus expresso unctus, sed oleo lactite pro consociis suis; non Hebraeorum solum sacerdos, sed ethnicorum quoque, et, ut Tertulliani verba usquepervenit, prænynti sacerdotii Pontifex, perinde et Melchisedech, qui non inter

ethnicos solum, sed erga Abrahamum etiam Hebræorum parentem sacerdotio functus est. Ethnicorum etiam rex fuit Melchisedech; Christus *judicabit in nationibus*, ut est in centesimo nono Psalmo. Incircumcisus fuit Melchisedech, ut est in Gen. c. 14, v. 18; Christus circumcisioem abrogavit. Denique et hæc Moysis verba: *At verò Melchisedech rex Salem, proferens panem et vinum, erat enim sacerdos Dei altissimi benedixit ei, Melchisedech similitudinem illam declaravit cum Jesu Christo, à quo sacrificium panis et vini in Eucharistie sacramento institutum est; quod etiam Malachia vaticinatione celebratur. Atque hæc Christi et Melchisedech similitudine ductus Petrus Cunctus, homo acutus et eruditus, unum eundemque fuisse ausus est asseverare, et in eâ formâ quam Christus Jesus gessit deinde in terris, Abrahamo victori sese Filium Dei obtulisse. Quam opinionem expendere, atque eam etiam quam defendit Hieronymus in Epistola ad Evagrium, instituti moei non est.*

5^a Multas quoque Jesu similitudines gessisse Isaacum deprehendimus. Isaacum genuit centenarius pater, et, ut sacris utar lectionibus, plenus dierum: *Ubi venit plenitudo temporis, misit Deus Filium suum; verba sunt Pauli ad Galatas. Qui Christi Pater Antiquus dierum à Daniele appellatur. Matre vetula, et ad illam diem sterili, Dan. 7, 9, 25, natus est Isaacus; Synagoga filius fuit Jesus, matris pulchræ quidem, et decoris ritibus ac splendidi ceremoniis ornate, sed jam effæta et infœcundæ, quippè non conferens gratiam Spiritûs sancti, per quam cordibus humanis charitas infunditur; gratiam, inquam, illam, que, ut ait Paulus, vita æterna est. Promissionis filius fuit Isaacus; Jesum Deus promissit per Prophetas suos in Scripturis sanctis, inquit Paulus, Rom. c. 1, v. 2. Unigena uterque fuit. Isaacus à patre sacrificio destinatus, et ad mortem ductus est; Deus Jesu proprio Filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum; uti scribit Paulus ad Romanos. Isaacus ligna, quibus imponendus et immolandus erat, tildem ut Jesus crucem, in montem ipse portavit.*

6^a Sed et aries ipse, quem immolavit Abrahamus, plurimas venturi Christi notas in se habuit. Eadem quippè in ariete *quæritur* ad Christum pertinentia reperio, ac in agno et ove, que supra in Parallelismo observari possunt: simpliciter dico, innocentiam, patientiam, et quod morti vel ab ipso ortu destinatur. Quibus et hæc adiciemus: hortari nos Apostolum, ut induamus Christum, quod detonsus ex arietibus lanâ vestiamur; hortari nos Jesum ipsum apud Joannem, ut carnem suam edamus, quod arietinâ et agnâ carne vescamur; cornibus hæsisse in vepetro arietem Abrahami; spinis Jesum coronatum fuisse, totoque vite decursu summas difficultates et angustias tolerasse; Abrahamum post tergum conspexisse arietem; sed et Jesum post multos annos de se oriturum prævidisse; atque id significasse Jesum cum diceret: *Abraham pater vester exultavit, ut videret diem meum; vidit, et gavisus est; Abrahamum Deo sacrificasse arietem, Isaac illo succidanem; passum quoque esse*

Deum, ut pro hominibus à se procreatis sibi Jesus mactaretur. Eadem denique loca sacrificio utriusque celebrata sunt, illius Moria, hujus Golgotha, mons uterque hierosolymitanus. Quoniam in ipso Golgotha, in quo mortem tulit Christus, arietem Abrahami immolatum esse Judæi opinantur.

7^a Datus et aliam Christi Jesu imaginem, Josephum, qui tildem ut Isaacus pater jam sine natus fuit, eoque diuturnam Christi expectationem significavit. Cùm præ fratribus à patre diligeretur, fratrum sibi conceivit invidiam et odium, quod et Jesu contingit. Josephi somnia, que summam illi dignitatem portendebant, in Jesu eventum habuerunt; à fratribus suis adoratus est, nec allegoricè tantum, sed reverè etiam sol et luna, ac relique stelle, ad Jesu Dei natum orbis suos decurrunt. Adveniens Josephus mortem fratres meditantur: *Venite, inquit, occidamus eum*, Gen. c. 37, v. 20; veniente ad homines Jesu, *Morte turpissimâ*, inquit, *condemnemus eum*, Sap. c. 2, v. 20. Venditur Josephus à fratribus, viginti, vel, ut alii interpretes habent, triginta nummis, testibus Ambrosio, lib. de Patriar., c. Joseph, cap. 34, et Augustino, serm. de Temp. 84; Jesus à Judæa triginta quoque nummis venundatur. Gruenta Josephi tunica ad Jacobum perlata, cruentam Jesu mortem significat. Apud Putipharem cunuchum servitum servitit Josephus; *Jesu semetipsum exanimavit, formam servi accipiens*. Josephus carcere clausus inter duos reos, alteri mortem, salutem alteri et libertatem vaticinatur, oraque ut dignitatem restitutus sui meminerit, Jesus cruci affixus inter duos latrones, altero in extremis interitu digna loquente, æternam alteri felicitatem spondet, cùm ab eo rogaretur, ut regnum adeptus sui memor esset. Decoram Josephi et elegantem formam non semel laudat Moses; sic laudatur et illa Christi in Psalm. 44, v. 5: *Speciosus formâ præ filiis hominum; diffusa est gratia in labiis tuis, propterea benedixit te Deus in æternum*. Ad Josephi nutum frumenta populi *reddebantur*, ait Moses, Gen. c. 42, v. 6; Jesus escas populis esurientibus non semel subministravit; ipse se panem vite, panem virtum qui de celo descendit, esse profiteretur; qui venerit ad se, non amplius esuriturum, qui panem hunc manducaverit, non moriturum. Josephus suis exstitit causa salutis, propterea que eos sic alloquitur in Gen. cap. 45, v. 5, 7: *Pro salute vestra misit me Deus ante vos in Ægyptum... præmisitque me Deus, ut reservemini super terram... Non vestro consilio, sed Dei voluntate hic missus sum.* Nec suos solum, et Ægyptios, sed exteras quoque gentes fame laborantes sublevavit, et *salvator mundi à Pharae dictus est*; que in Christum Jesum tam aptè cadunt, ut non tam de Josepho, quam de ipso scripta esse videantur. Fratres dimittite Josephus, preceptum hoc dat proficiens: *Ne irascamini in via; à discipulis abiturus ad Patrem Jesus* *Pacem*, inquit, *relinquo vobis, pacem meam do vobis*, Joan. 14, v. 27. Pharae Ægyptios coram Josepho in gena jubeo procurrere, totamque Ægyptum ex ipsis arbitrio pendere, et alterum eum esse à regè. *Dens exaltavit Je-*

sum, inquit Apostolus, Phil. c. 2, v. 9 et seq., et *donavit illi nomen, quod est super omne nomen, ut in nomine Jesu omne genua flectatur, caelestium, terrestrium, et in fernorum, et omnis lingua confiteatur, quia Dominus Jesus Christus in gloriâ est Dei Patris*. De Josepho sic fatir moriens Jacob: *Filius accrescens Joseph, filius accrescens; de Christo Jesu sic Joannes Baptista, Joan. c. 3, v. 29: Illum oportet crescere, me autem minui*; ejus et figura est lapis ille Danieli, cap. 2, v. 35, memoratus, *qui factus est mons magnus, et implevit universam terram*.

8^a Jesum expressit et paschalis agnus: *Etenim, inquit Paulus, 4 Cor. c. 5, v. 7, Pascha nostram immolatus est Christus*. Quæ comparatio cum insituta sit à nobis supra in Parallelismo, et accuratissimè à Borcharto in Hierozoco, part. 1, lib. 2, cap. 50, pauca tantum nonnulla commemorabimus. Quo anni, mensis, et diei tempore paschalis agnus, hoc ipso immolatus est Christus Jesus. Nam cum alio die Christus, alio Judæorum primores Pascha celebraverint, factum est ut incidit veri Agni Christi mors in eum ipsam diem, quo agni typici sacrificium fieri Moses sanxerat. Notant Steuchus Eogubius in Exod. c. 12, v. 6, et Masius in Jos. c. 5, v. 10, persussam esse Judæis, hoc ipso die se à Messia iri redemptum, quo in Ægypto per Agni esum in Phasè Domini libertatem adepti sunt. Convenit quoque locus, Hierosolyma, ubi postquam arca constituta est, paschale sacrificium illi fieri necesse fuit. Agnum mactari oportuit *sine maculâ*: Jesum agnum *immaculatum* appellat Petrus in primâ Epistola. Paschalem Agnum comedere festinanter, pedibus calcatis, lacibus manibus tenentes, et ad iter expediti jubentur Israelitæ; Christus Jesus intra paucas horas captus, damnatus, et morti datus est. Agni et Christi Jesu mors cruenta, utraque in gratiam populi. Sanguis Agni donorum foribus aspersus Hebræis salutis fuit, perinde ut Jesu sanguis universis hominibus, quicumque eo abluuntur. Unde Isaias de Christo: *Iste aspergit gentes multas*. Ne agni ossa confringerentur lege cautum erat; de Jesu sic Joannes, cap. 19, v. 31 et seq.: *Ad Jesum autem cùm venissent, ut viderent eum jam mortuum, non fregerunt ejus crura... Facta sunt enim hæc ut Scriptura impleteretur: Os non comminnetis ex eo. Ad Agni reliquias ut in crastinum servari nefas erat; Christus de cruce depositus est, et in monumentum conditus ipso interitus sui die. Fermentis usque Paschalibus festis velitus fuit; et ad Agni esu polluti et incircumcisi arebantur; ad sacrum corporis Christi epulum accedere debemus, juxta Pharae preceptum, non in fermento veteri, neque in fermento multæ et nequitia, sed in azymis sinceritatis et veritatis. Post agni paschalis esum ægyptiacâ statim servitate exempti sunt Israelitæ; per corporis Christi esum, viliorem, dæmonum ac mortis tyrannide liberantur. Sed et hic Israelitici populi ex Ægypto in Chanaanidem reditus, typus fuit reditus Christi ex eadem regione in patriam. Unde et utrumque redditum una *psalm* Oseas significavit, cap. 11, v. 1: *Ex Ægypto vocavi Filium meum*. Israelæm quidem filium suum*

primogenitum appellat Deus in Exodo, et apud Jeremiam, que Christo Jesu convenire ostendimus in Parallelismo.

9^a Paulus Apostolus in priore ad Corinthios Epistola, hæc scribit: *Nolo enim vos ignorare, Fratres, quoniam patres nostri omnibus sub nube fuerunt et omnes mare transierunt; et omnes in Moyse baptizati sunt in nube; et in mari; et omnes eduxerunt escam spiritalem manducaverunt, et omnes eundem potum spiritalem biberunt* (bibeant autem de spiritali et consequente eos petra; petra autem erat Christus). Quibus intelligimus, et nubem illam igneam Hebræis præluentem, et celo deprensam Manna, et petram que ad tactum Moysis aquis fluxit, futurorum mysteria continere. Tunc baptizati sunt in nube, ac deinde baptizati sunt in nomine Jesu Christi, ut sæpe loquitur Lucas in Actis; unde liquidum est nubem illam Christi typum fuisse. Quid quod et dicitur Christus à Prophetis, et lux, et ignis, ut docemus in Parallelismo; que in columnam illam nocti igneam, nubim interdi conueniunt. Quid quod in Exodo decimo quarto capite Angelus Dei castra Israelitarum dicitur processisse, cùm superiori capite, et mox Nehemia, et Psalmo septuagesimo septimo, Deum ipsum se illius decum illis præbuisse legamus. Manna vero, panis coeli, et panis Angelorum appellatur in Exodo, et in Psalmis non quod panis Angelorum, vel caelestis panis reipsa esset, sed quod veri Angelorum panis, et de celo lapsi, Jesu Christi figura, esset. Sic ergo Jesus de se apud Joannem: *Non Moyse dedit vobis panem de celo, sed Pater meus dedit vobis panem de celo verum. Panis enim Dei est qui de celo descendit, et dat vitam mundo*. Et deinde: *Ego sum panis vite. Patres vestri manducaverunt manna in deserto, et mortui sunt. Hic est panis de celo descendens, ut si quis ex ipso manducaverit, non moriatur*. Verè enim hic est cibus caelestis, quo animos nostros refecti docet, spretis jam Ægyptiis cupidis, terrenorum videlicet rerum studiis. Tum subjicit: *Ego sum panis vivus qui de celo descendit. Si quis manducaverit ex hoc pane, vivet in æternum; et panis quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita*. Hæc referenda sunt que de manâ in libro Sapientie scripta exstant: *Angelorum esca nutriti vultu sine labore, omne delectamentum in se habentem, et omnis saporis suavitatem. Substantia enim tua dulcedinem tuam, quam in filios habes, ostendebat; et deserviens uniuscujusque voluntati, ad quem quisque volebat, convertebatur*. Dei substantiam Christum appellat, utpote qui sit *spes gloriæ*, et figura substantie ejus. Atque illud est absconditum manna, quod viventi daturum se pollicetur Spiritus in Apocalypsi, alludens ad manna in aere urna reconditum, et in arcâ Testamenti asservatum. Nec veteres Judæos fugit hæc manna significatio, nam id Philo esse docet *Verbum divinum rerum omnium antiquissimum, caeleste contemptatoris animi, et incorruptum alimentum*. Item et Petram esse ait firmam et infractam Dei sapientiam, atricem eorum qui incorrupte vite appetentes sunt. (Phil. lib. *Petram meliori insidiari, et lib. Quis sit rerum divinarum hæres.*)

15^o Insunt de Samsone mate plurime, quas ad Christum Jesum merito referre possis. Mate sterili natus est Samsun; Virgine mate natus est Jesus. Samsunis matri apparuit Angelus Domini, et dixit ad eam: *Sterilis es et absorbe liberis, sed concipies, et partes filium; cave ergo ne bibas vinum ac cicaram, nec immundum quidquam comedas*; Judic. 13, 5, 4. Marice matri Jesu ait Angelus: *Ne timeas, Maria, invenisti enim gratiam apud Deum; ecce concipies in utero, et paries filium, et vocabis nomen ejus Jesum*. Luc. 1, 30, 31. Pergit Angelus ad Samsonis matrem: *Erit enim Nazareus Dei*; Judic. 15, 5. De Jesu sic Matthæus: *Et veniens habitavit in civitate quæ vocatur Nazareth, ut adimpleretur quod dictum est per Prophetas: Quoniam Nazareus vocabitur*, Matth. 2, 25. Iterum Angelus de Samsone: *Ipse incipiet liberare Israel de manu Philistinorum*, Judic. 13, 5. de Jesu sic Angelus: *Ipse enim saltem faciet populum suum à peccatis eorum*, Matth. 1, 21, et apud Lucam, 1, 32: *Dabit illi Dominus Deus sedem David patris ejus; et regnabit in domo Jacob in æternum, et regni ejus non erit finis*. Manuæ Samsonis patri, de filii ortu dubitanti, visus est Angelus; apparuit et Angelus Josepho patri Jesu, cum judicium suspectam habenti. Addit auctor libri Judicum de Samsonis matre, cap. 15, 24, 25: *Peperit utique filium, et vocavit nomen ejus Samsun; crevitque puer, et benedixit ei Dominus; cepitque Spiritus Domini esse cum eo; de Mariâ sic Matthæus: Peperit Filium suum primumgenitum, et vocavit nomen ejus Jesum*, Matth. 1, 25; de quo sic Elizabeth apud Lucam, 1, 41: *Benedictus fructus ventris tui; et iterum Matthæus: Baptizatus autem Jesus, confestim ascendit de aqua, et ecce aperti sunt ei cæli, et vidit Spiritum Dei descendentem sicut columbam, et venientem super se*, Matth. 3, 16. Samsonis nomini Solis significatio inest; שמש enim Solem sonat, שמשו vero Solem eorum; sic enim exponit Hieronymus, lib. de Nomin. hebr.; de Jesu sic Malchitas: *Orietur vobis inimentibus nomen meum Sol justitie*, Malach. 4, 2. Uxorem philisteam ducit Samsun, cujus intimos animi sensus aperit; Ecclesiam esse ethnicis cogit, subitoque adjungit Christum, eamque deceptorum sororibus interpretet constituit. Samsun ad uxorem visus, obvium leonem interfecit, in cojnis ore post aliquot dies favum mellis reperit; Jesus Ecclesiam constituitur ait, Joan. 16, 33: *Confidite, ego vici mundum*. Atque hic quidem mundus adversus Jesum prius ferox, ab eo tandem domitus suave ipsius accepit jugum, mellicoque Evangelii dulcedinem degustavit. *Samsun sitius valde clamavit ad Dominum; Jesus animus agens sitire se dixit. Samsun Gazæ dormit ad mediam noctem; tunc expectretur postmodum ipsas porte fores detrahit, et humeris impositas defert ad verticem montis; Jesus lethi somno excitus, de mortis exit potestate. Quod prævidens David, ait, Ps. 67, 21: *Dominus, Dominus exitus mortis*; de quo item Petrus Act. 2, 24, sic disseverat Hierosolymis: *Quoniam Deus suscitavit, solutus doloribus inferni, iuxta quod impossibile erat teneri illum ab eo. Samsun multo plures interfecit mortuos, quàm ante visus occiderat; Jesus morte sua**

democent, peccatum, ac mortem ipsam devicit. 16^o En tibi in Samuele aliam etiam Christi Jesu imaginem. Partus ille fuit matris sterilis, perinde ut Samsun; Christus Virginis Nazareus etiam fuit, eaque re, itidem ut Samsun, Christo similis fuit. Unigena Samuel, unigena et Christus. De Samuele hæc legitur: *Puer autem Samuel proficiebat, atque crescebat, et placebat tam Deo quàm hominibus*, 1 Sam. 20, 26; hæc de Christo Jesu: *Et Jesus proficiebat sapientia, et ætate, et gratiâ apud Deum et homines*, Luc. 2, 52. Iterum de Samuele: *Crevit autem Samuel, et Dominus erat cum eo; sic quoque Lucas de Christo: Puer autem crescebat, et confortabatur, plenus sapientia et gratia Dei erat in illo. Sacerdos fuit Samuel; sacerdos et Christus. Propheta etiam uterque.*

17^o Sed et David non vaticiniis duxerat suis, nec quod Bethlehem ortus itidem ut Jesus, sed gestis etiam rebus toto vitæ curriculo Christum Jesum præmonstravit, expressimque ejus typum posifuturis proposuit: et eum jussu Dei unctus est, et rex creatus; et cum eo panum propositionis sacerdotem se gessit utraq; in se conjuncta et sacerdotii et regni potestate; et cum singulari adversus Goliathum certamine, populum jugo Philistæorum exemit; perinde ut Jesus expugnato diaboli imperio humanum genus in libertatum filiorum Dei restituit; et cum variis illum laboribus et angustiis exercuit Deus, priusquam ad regiam dignitatem evelheret; et cum arcam à Philistæis prius captam de domo Abinadab reduxit Hierosolymam; itidem ut Jesus Ecclesiam, fractâ diaboli potestate, certis sedibus constituit; et cum post traditum illi regnum, filiorum suorum perdullionem et scelera expertus est; perinde ut adversus Jesum regem patremque nostrum nova quotidie flagitia designamus; et cum pacem per eum Deus populo suo peperit, et adversa ipsi gentes subjecit, quemadmodum pacis à Deo nobis concessa sequester est Jesus, cui potestas omnis à Patre tradita est. Indè adeo apud Prophetas, Isaiam, Jeremiam, Ezechielem, et Ozæam ipsum, Davidis nomen Christo tribuitur.

18^o Nec minis in Salomone agnosci potest Jesus. A pace Salomonis nomen; quàm pacificus fuerit Jesus fusè in Parallelismo probavimus. Appellatus quoque est Salomon שדדד, hoc est, *Dilectus Domini*; idem de Jesu clarâ voce Deus ipse de celo non semel testatus est, eum dicens: *Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi complacuit*, Matth. 3, 17 et 17; ipse se à Deo Patre suo dilectum esse Jesus sæpè declaravit. 19^o Præterea, hoc est, *עליונותו* seu Conclonator cognominatus est Salomon; quod quàm Christo Jesu conveniat cognosci potest ex parallelismi tricesimo quinto capite. Salomon edificavit templum à Deo; Jesus Ecclesiam, Davidis filius uterque, uterque rex. Regina illa Saba, quæ Salomonis mara exorta venit ad eum, ejusque sapientiam et opes mirata est, Ecclesiam refert, quæ ethnicis ferè conflata, Jesu doctrinâ, virtutibus et gratiâ capta et sese applicuit.

19^o In Jonâ sui propositum esse figuram palam Jesus declaravit: *Sicut enim, inquit, fuit Jonas in ven-*

tre cœti tribus diebus et tribus noctibus, sic erit Filius hominis in corde terræ tribus diebus et tribus noctibus. Matth. 12, 30. Habes hic itaque eximium Jesu ad vitam redeuntis simulacrum. Jonas, saviente tempestate, et nautis de vitâ sollicitis, dormit securus; quod et Christo contigit. Jonas pro nautarum salute mittitur in mare, silit fluctus, et tempestas sedatur; in Jesu complacuit omnem plenitudinem habitare, et per eum cruciatibus omnia in ipsam; pacificans per sanguinem crucis ejus, sive que in terris, sive que in cælis sunt. Col. 1, 19, 20. Nautæ Jonam in mare missuri Deum orant ne sibi crimini detur viri innocenti interitus. Quæsumus, Domine, ne peremus in animâ viri istius, et ne des super nos sanguinem innocentem, Jon. 1, 14; Pilatus Jesum letho daturus, acceptâ aquâ, lavit manus coram populo, dicens: *Innocens ego sum à sanguine justî iustis; vos videtis!* Matth. 27, 46. Sic de se ad Deum Jonas in ventre ceti: *Abjctus sum à conspectu oculorum tuorum; sic de se ad Deum Jesus in cruce: Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquisti me?* Jonas maris periculo functus Niivitas ad obsequium Dei compellit; gentes post vitam à Jesu receptam, ad Dei cultum vocatur. Jonas conclonator, perinde ut Jesus. Ad positionem Niivitas hortatur Jonas: *Positionem agite, inquit Jesus, appropinquavit enim regnum cælorum.*

20^o Apparet itidem in Eliacimo, Helcio filio, Jesu Christi imago; nam que de Eliacimo dixit Isaias, huic datum iri clavem David, idem Christo accommodat Angelus Ecclesie Philadelphie, apud Joannem in Apocalypsi: *Hæc dicit Sanctus et Verus, qui habet clavem David; qui aperit, et nemo claudit; claudit et nemo aperit; que ex Isaiâ *אבד מפתח* sumpta sunt. Scribit præterea Isaias Sobnam regie Ezechie præfectum, eum officio suo nequiter abuteretur, magistratum abdicatum fuisse, suffecto Eliacimo, viro frugi et pio; hæc figura est veteris legis, priscique pontificatus Aaronici, quod impie abusi sunt nefarii sacerdotes, eoque abrogato nova lex, et sacerdotium secundum ordinem Melchisedech priore melius, per Christum introductur. Sic Isaias ad Sobnam, 22, 17, 19: *Eccc Domina asportari te faciet, sicut asportatur gollus gallinæ, et quasi amicum sui sublevari te. Coronans coronabit te tribulatione; quasi mittet te in terram latam et spatiosam; ibi morieris, et ibi erit curvus gollus ignominia domus Domini tui. Scilicet hoc est quod pleno ore decantârunt Prophete, sedibus suis depulsim iri israeliticam gentem, et in variis orbis partes dissipatum. Nos eorum representamus testimonium in Parallelismo, ubi agimus de abrogatione mosaice legis, de nova legis sanctione, et de dispersione Judeorum. Unum hic dabimus pro multis depreptomum ex Daniele, 10, 26: *Et civitatem et sanctuarium dissipabit populus cum duce venituro; et finis ejus vastitas, et post finem belli statuta desolatio... et in dimidio hebdomadis deficiet hostia et sacrificium. Subjicit Isaias, 22, 19, et seq.: *Et expellam te de statione tua, et de ministerio tuo deponam te; et erit in die illâ, vocabo servum meum Eliacim, filium Helcio.****

et induam illum tunicâ tuâ, et cingulo tuo confortabo eum, et potestatem tuam dabo in manu ejus; et erit quasi pater habitantibus Jerusalem, et domui David. Si milibus minis israeliticis proceres incessebat Ezechieh, cum diceret, 54, 6 et seq.: *Hæc dicit Dominus Deus: Ecce ego ipse super pastores, requiram gregem meum de manu eorum, et cessare faciam eos, ut ultra non pacentur amplius pastores semelipos, et liberabo gregem meum de ore eorum, et non erit ultra eis in escam. At de Christo Jesu sic Paulus in Epistola ad Hebræos, 8, 6 et seq.: *Nunc autem melius sortitus est ministerium quanto et melioris Testamenti mediator est, quod in melioribus repositionibus sancitum est. Nam si illud prius culpâ vacuisset, non utique secundâ locum inquireret. Servum suum Deus Eliacim appellat, quemadmodum et Christum alius apud Isaiam locutus: *Ecce servus meus, suscipiam eum. Deinde: Vos testes mei, dicit Dominus, et servus meus quem elegi. Sic Jesu ipse de se: Filius hominis non venit ministrari, sed ministrare. Rursus: Ego autem in medio vestrum sum, sicut qui ministrat. Non Dei solum servus, sed et hominum. Predicit deinde Isaias futurum Eliacim Hierosolymitarum et Judeæ domus patrem; paternus suos effectus erga Hierosolymitas his verbis testabatur Jesus Dominus, Matth. 23, 32: *Jerusalem, Jerusalem, quæ occidis Prophetas, et lapidas eos qui ad te missi sunt, quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas, et noluiti? Filios etiam Discipulos suos appellat: *Filiosi, adhuc modicum vobiscum sum. Sed et Pater futuri seculi dicitur ab Isaiâ. Clavis ista domus David, Eliacim numero imponenda, symbolum erit numeris ipsi traditi, ejus nimirum quod antè gesserat Sobna. Fuerat autem ille שדדד, ut hoc ipso loco docet Isaias. שדדד ærarit tribum, et regie gazæ custodem interpretor, cujus officii insigne erat clavus. Præclare id in Christum Jesum convenit, qui habet clavem mortis et inferni, qui Petro tradidit claves clavis thesaurorum æternorum penâs, quod sur non appropriat, neque tunc abscondit. Quin etiam Colossenses docet Apostolus, in Christo Jesu absconditos esse thesauros omnem sapientiam et scientiam. Addit Isaias: *Et figam illum paxillum in loco fidei; quibus regni Christi diturnitas ac firmitas significatur. Hanc itidem prædixit Paltes: *An æternum servabo illi misericordiam meam, et testamentum meum fidei ipsi; et ponam in seculum seculi semen ejus, et thronum ejus, sicut dies cæli. Indè Angelus ad Mariam de Jesu: *Et dabit illi Dominus Deus sedem David patris ejus, et regnabit in domo Jacob in æternum, et regni ejus non erit finis. Pergit Isaias: *Erit in solium gloriæ domus patris ejus, et suspendent super eum omnem gloriam domus patris ejus. Consonant istis verbo Jesu: *Quodcumque petieritis Patrem in nomine meo, hæc faciam, ut glorificet Patrem in Filio; potissimum verò hæc: *Nunc clarificatus est Filius hominis, et Deus clarificatus est in eo. Si Deus clarificatus est in eo, et Deus clarificabit eum in semelipso, Joan. 13, 51, 52.***********

21^o Cernere licet et in Jeremiâ expressam Christi Jesu imaginem. Nam primùm sanctitate præditus est uterque, priusquam ab utero matris in lucem exiret. Virginitatem uterque coluit. Uterque etiam in puer populi decemni minus exequi aggressus est. Uterque ab idolorum cultu multos ad veram pietatem perduxit. Uterque pietas sua et beneficentia fraudi et ignominie fuit, cum à suis, quos à sederibus retrahere et illuminare calamitatis subducere volebant, pessimis modis accepti sint. Uterque summâ patientiâ et legitate inlicitas sibi pomas tulit. Uterque persecutoribus suis et vexatoribus à Deo veniam precatus est. At utrinque demùm vicem Deus, excisâ gente, severissimè ultus est.

22^o Magnam etiam in Zorobabele Jesu Christi instar fuit. Davido prognatus uterque fuit, ille babilonica captivitate liberatis Judæis, et Hierosolymam redeuntibus ducem se præbuit; hic homines mundi hujus, quos propter confusionem meritò Babylonem diem, vicem exemptos deducit in patriam, coelestem nempe Jerusalem. Templum Hierosolymitanum instaurat Zorobabel; Ecclesiam Dei ex vivis lapidibus Jesus extruit. Oriens appellatur Zorobabel apud Zachariam; idem Lapis cui inesse dicuntur oculi septem, cujus temporibus futura promittitur ut terra crimina auferantur, ut gloria floreat ipse, ut sedeat in imperium, et alia patescunt; quæ Christo ut conveniant, scripi potest ex Parallelismo nostro, in quo Orientis et Lapidis symbolis agnoscitur, pacis vector esse ostenditur, eique gloria ingens ac imperium æternum spoudetur.

23^o Denique Jesum Josedeiden, et Christum Jesum componit inter se Eusebius ad calcem libri quarti Demonstrationis evangelicæ. Ea nos adjectis nonnullis decerpimus. Nomen primò utriusque idem. Pontifex uterque, quod de Christo declaratur in Epistola ad Hebræos, et à nobis in Parallelismo. Adversatur utriusque Satanas. Ille Babylone redeuntium in patriam Judæorum cum Zorobabele dux fuit; hujus ductu mundi hujus captivitate liberati homines celum petunt. Ille vestibus indutus est sordidus; hic peccata nostra ipse tulit, humanum et infirmum corpus sultit, ac supplicii demùm ignominia fœdatur. Ille noxâ purgatus novas vestes se mundas induit, eique cidaris imposita est; Christus mundo, morte, peccato, ac diabolo edomitus, veste immortalitatis assumptâ, et diademate suscepto triumphat, et celo invehitur. Jesu Josedeida ait Deus: *Judicabis domum meam, et custodies atrium meum*; Christum Deus orbis universi judicem constituit, ut in Parallelismo docuimus, totiusque Ecclesie custodem præposuit. In templo reparando socium Zorobabeli se præbuit Josedei filius; Ecclesiam Dei vivi templum, Christus ædificavit. Præclarum sanè est, et proposito nostro conveniens illud in Hieronymi in Agg. 1: « Unus atque idem est Dominus noster atque Salvator, Rex et magnus Sacerdos; cujus typum, secundum id quòd rex erat, portabat Zorobabel; secundum id autem quòd pontifex erat, portabat cognominis eius Jesus. »

CAPUT CLXXI.

DE NATURA, VI, ET USU PROPHETIARUM.

1^o Flores superiorum similes poteramus typos conquirere, in quibus Deus venturi Messie indicia hominibus longè ante proponit. Multos collegerunt præsei, novique Scripture sacre interpretes; sed cui non satisfecerint, quos attulimus, nihil ei sanè futurum est satis. Ex hæc porò typorum Christi serie, et ex superiore Parallelismo, accurata quedam Messia et miracula, non adumbratio, sed descriptio exturgit. Nec enim his obscura aliqua criteria, sed aperta; non aliæque Christi Jesu note, sed universe continentur; stirps ab ultimâ retrò origine, tempus nascendi, patria, nomen, mores, dignitates, studia, negotia, acta, casus vite universi, mors, ipsanque adèe genus mortis, sepultura, et que mortem consecuta sunt, mirabilis ille ad vitam reditus, et stupendi eventus rerum, quarum gratiâ vitam et mortem Jesus obierat, et omnes denique characteres, quibus discerni et distinguî potuit. Nam etiam horum signorum aliquid in alio, si fortè, idem appareat; puta si quem alium vel Davide ortum reperias; vel Bethlehemi natum, vel Prophetam, vel sacerdotem, vel pastorem, vel concionatorem, vel pacificum, vel sanctum, vel humilem, vel pauperem, vel principem, vel regem, vel fortem, vel legumlatorem, vel falso accusatum, vel nefariâ morte extinctum; ad hæc in se qui complexus fuerit universa, si veteres replicemus memorias, præter Jesum reperimus omnino neminem. Sacra quedam veteris Testamenti oracula Prophete suo Muhammedo accommodare conati sunt Islamite, sed quòd ex his, propter paucitatem, nihil certi colligere se posse cœrenter, in nno Alenrano omne doctrine suæ præsidium posuerunt. Ex his projecta et insana Celsi apparet impudentia, qui Prophetarum predicationes innumeris aptis, quam Jesu, convenire, nefariò probrò et impudenter ausus est dicere. Quodque maximâ admiratione dignum est, et exceptionem omnem aut cavillationem respuit, non unus aliquis Propheta omnia hæc solus de eo prænnuntiavit; quod ipsum tamen vel pertinacissimam obstinationem frangeret; sed ab ipsis mundi inæcubitabilis, per quatuor amorum millia, uno ore venturum Christum prædixerunt viri complures, in ejusque ortu, vita, virtutibus, rebus gestis, morte, ac totâ demùm *deusque* præmonstranda consenserunt. Quæ si quis casu evenisse dicat, casus hujusmodi in rerum naturâ aliquantulo contigisse ostendat; quorum nulla omnino exempla vel recens præbet vel vetus historia. Egregiè Eusebius, Orat. de Landid. Constant. c. 17: « Age verò, cum præterea cujus animus lapidis in modum induit hujusmodi interrogationibus in nostram sententiam pertrahamus, sic ex eo seiscitantes: Hens tu, die nulli, vocem eo qui ratione præditus sit dignam emittens; non ex stolido pectore, verum ex animo rationis et intelligentie compute fructum proferens; dic, inquam, re apud te sapius expensâ, quis alius antehæc, ex omnibus his qui olim Sapientes appellati sunt, apud claros Doç quondam He-

bræorum filios, compluribus retrò seculis, lidem et Sospitator noster, vaticinis Prophetarum cogitatus et prænnuntiatus est? Qui quidem et locum in quo natus est, et tempora adventus, et vite rationem, et redita ab eo prodigia, et sermones, et res præclare gestas animo præcipientes, in libros sacros retulerunt. »

2^o Quòd si singulare aliquod vaticinium, ab aliis sepositum et excerptum, ut è typis nunc aliquem seorsum expendas; vel fortassè veritas, vel propter ambiguitatem minus elucescet. Verùm non ex singularium partium conflictu, sed ex totius comparatione efflorescit et spectatur similitudo; neque ex digiti extremiti, aut pedis inspectu, vel inæ auriculæ, hominem aliqui notissimum possis agnoscere, sed ex corporis integri filo, et eâ specie que ex partium omnium compage et convenientiâ exsurgit. Igitor non sigillatim sumenda sunt Parallelismi partes, neque ex detruncatis membris arbitrium faciendum; quæ suis emotis locis robur amittit, ordini suo restituta vim recipiunt; sed spectanda tota series est, cum altera res alterius operam poscat, et amicè conjuret. Quam seriem in Jesum quadrare universam si deprehenderit, uti certè quærat, tum facilis existimatio erit, non casu aliquo, aut fortuitâ rerum consensione, sed certo Dei natu ac consilio hæc ita provensisse; ut homines ad oracula divina attentis, eorumque sententiam piâ mente ac doctè perscrutantes, de salutari Messie adventu admitterentur, ab eoque malorum suorum levamen expectarent. Neque tamen concordamus, nulla in toto hoc Parallelismi contextu extare vaticinia, que non aliorum flecti queant; cum reperiri pleraque in eo possint, quorum exitum in alio, præterquam in Jesu, frustra quæsieris. Quo argumento Origenes vehementer urgebat impurum sophistam Celsum, has Prophetarum predictiones fanaticis quibusdam conventu affirmantem, qui se Dei filios de celo venisse jactabant. Atque hæc assumit in exemplum, quâ Bethlehemo proditurum Israelitarum principem Michæas asseveravit, eamque nemini illorum accommodari posse ostendit, quod tamen ex amissum in Jesum congruit. Assumit et alteram hæc Jacobi, Gen. 49, 10: *Non auferetur sceptrum de Juda, et dux de fenore ejus, donec veniat qui mitendus est, et ipse erit expectatio gentium*. Hæc si quis alteri culpam aptare voluerit, ostendat necesse est, quomodo regiam potestatem Juda retinuerit, quoad Silius ille adveniret; ostendat quoque gentes in eo spem suam et expectationem collocasse; quæ in Christum Jesum omnia rectè cadunt.

3^o Notandum præterea est, quasdam Prophetarum vaticinationes, non solum cum pertinentibus eodem predicationibus, sed et cum toto locorum, undè excerptæ sunt, contextu esse spectandas. Quemadmodum enim alia est rei nuda, alia ejusdem cum adjunctis spectatæ existimatio; ita *seorsum* separatim sumptæ, vel imperfectæ erit significatio, vel diversa ab eâ, que ex totius operis, vel totius loci, undè ipsa prodit, attentâ consideratione existit. Adhibenda itaque magna cautio est, non quam suggerit pervicax animus, et

contradiendi cupidus; sed quam recta postulat ratio et constant perscrutanda; veritatis studium, quamque in aiorum librorum lectione adhibere solemus.

4^o Quod non eò tamen pertinere velim, ut quecumque hæc antulimus vaticinia, quoscumque proposuimus typos Christi, fidem ipsis nullam haberi postulem, nisi in eandem planè sententiam ac antecedentia et consequentia conspirent. Nam quòd Salomonem, exempli gratiâ, figuram Christi gerere dixerimus, si cui insensibilis ejus amoribus et vetito idolorum cultu conscientium quippiam requirit in Christo, partim is æquus sit profectò rerum estimator. Itunc narrationis ordinem et connexionem vix patitur afflatus ille divinus, quo agitari Propheta futura præcebant. Scabrum quid, salebrosam, ac dissipatam edere solet *sermo*, et per varias species rerum sibi obversantes præcipitur insistens animus, nec ullis sese legibus sermonis coerceri patitur. Scio hoc Patres Ecclesie discrimen observasse sanctos inter Prophetas et pseudoprophetas, quòd hi furor percutit, illi tranquillioris et sedativi mente futura profarentur; atque hoc potissimum argumento convicisse Montanum, Priscam et Maximilianum, prophetam sibi vim arrogantes, quòd emota mente furiosis et insanis similes raptarentur; cum Propheta sibi composes, placido, serenoque animo edere soleant oracula. Quapropter scripsit Millicæus librum, *non oportere prophetam in extasi loqui*. Verùm *extasis* intelligit furorem, qui mentem statim suo depellit, et adigit ad insaniam, qualis erat divinorum, pseudoprophetarum, et Montanistarum. Ad sancti Prophete, etiam divino correpti spiritû efflorescentem dicendo, et præter solum realiter, mente tamen consistant, nec quidquam præter intellectum profarentur. Atque hæc proprie dicta erant quali corruptum Petrum, quali Paulum narrat Lucas in Actis; quo sensu vocem illam sæpè usurpant Dionysius Areopagita, Cyprianus, alique ecclesiastici scriptores. Pseudoprophetarum autem furor, et alienatio mentis, *extasis* dicitur; quâ voce non semel vitur anonymus Catharygarum adversarius apud Eusebium, quâ cum corripitur pseudopropheta, prolabi eum aiebat in licentiam et audaciam, et à spontaneâ insantiâ exorsam, desinentem verò in mentis furorem non voluntarium. Ex his sequitur prophetarum mentem, et ipsorum est quam pseudoprophetarum, Deo tamen agitante præter morem exardescere, neque ab his eandem oraculorum constructionem, et compositionem, connexionemque rerum, atque ab historicis, esse expectandam. Quæ cum ita sint, patet iniquè eos agere, qui propositis Christi Jesu typis ita cum eo conungunt, ut totos consentire velint, detrahendamque his fidem censeant, si vel minima sui parte aut similitudo. Quocirca nonnullis meritò carpelut Hieronymus, qui quòd in Adamo Christi figuram postquam esse tradidisset Paulus, quemquò in Genesi de Adamo et Evâ scripta sunt, ad Christum referre conabantur. Scitum quippè est, se vulgè consensu triùm adagium, quamlibet comparationem aliquâ ex parte vacillare. Idem de reliquis etiam, que proposuimus vaticinis

dictum velim; iniquum esse videlicet, non eorum solam, sed et totorum librorum, aut capitulum, unde illa deprompta sunt, veritatem et *ἀπαρχή* in rebus predictis quaerere; puta totum Nathanis oraculum, quo David Messiam nepotem spondet Deus, ad Christum referre; eum quendam Christo, Salomonem nomen illa, aliqua utriusque conveniant. Ad Christum quidem pertinere isthuc: *Ego ero illi in Patrem, et ipse erit mihi in Filium*, affirmat Paulus in Epistola ad Hebraeos; qua et Salomoni aptari possunt, quanquam diverso modo. Uni vero Christo ista conveniunt: «*Stabilitam thronum regni ejus usque in sempiternum*; » et haec quoque: «*Et fidelis erit domus tua, et regnum tuum usque in aeternum ante faciem tuam, et thronus tuus erit firmus jugiter*. » Contrā, in unum Salomonem haec cadunt: *Qui si iniquè aliquid gesserit, arguam eum in virga virorum, et in plagis filiorum hominum*. Utrumque autem spectat illa: *Suscitabo semen tuum post te, quod egredietur de utero tuo, et firmabo regnum ejus; ipse aedificabit domum nomini meo*. Inductus fuerit qui universum Isaiae librum ad Christi Jesu vitam et acta vellet exigere, quod in quinquagesimo tertio capite mors ejus praesignificetur. Probat hoc ipsum Theodoros exemplo Christi, qui de Hierosolymitano exiit, et de fine mundi ac orbis interitui, simul et promissè disserit: *Scriptura vero divina mos est patriam permissurè; sermonibus enim de captivitate, eos qui pertinent ad revocationem adiungunt. Et in Evangelis Dominus simul conjungit sermones de Jerusalem et de consummatione*. Iniquè ergo faciunt, qui allegorice cuspidiam mysteria scrutantes, rem totam perspectam habuisse non contenti, inquirunt in verba singula, ea quae ad allegoriae sensus exigere satagunt. Infelicem hanc diligentiam gravi et luculentè oratione castigat eximius ille Judaeorum doctor Maimonides in More Novochim: «*Hoc ergo, inquit, diligenter observa; est enim fundamentum magnum ad ea quae tibi explicare volo*. Proinde cum videbis me in aliquo capite explicare parabolam aliquam, et in genere summam et scopum illius tibi indicare, noli postulare rationem et applicationem omnium verborum et rerum in parabola contentarum ad rem significatam. Nam si id feceris, in alteritum duorum horum incidēs: si id declinabis à scopo et intentione parabolae; vel defragabis te in quaerenda explicatione illorum quae explicari nequeunt, et ex hoc studio incidēs in vesaniam et vanitatem, inter multos nostro hoc tempore adeo familiarum, qui conantur quaedam invenire et erroneè verbis auctorum, de quibus auctores ne unquam quidem somniant. Tuum autem propositum in majori parabolarum parte esse debet, ut scias summam illius rei, de qua te auctor Parabolae caput erudit. » Aliud quidem nobis suadere velle videtur Augustinus libro decimo septimo de civitate Dei, cum de Psalmorum predictionibus ita scribit: «*Testimonium quod profertur, de contextione totius Psalmi debet habere suffragium, ut certè nihil sit quod ei refragret, si non omnia suffragantur, nec more centonum ad rem quam volumus, tanquam*

versiculos decerpere videamur; velut de retrogrado carmine, quod non de re nulla, sed de aliā longoque diversā reperitur esse conscriptum. Hoc autem ut et in quocumque psalmo possit ostendi, exponendum est totus. » Quibus id tantum postulat Augustinus, ut si minis totius psalmi contextus in ejusdem predictionis sententiam conspiret, nihil ei certè habet contrarium. Et merito; nam quis adeo ineptus sit, ut ex aliquo Scripturae loco hanc eliciat conclusionem, quae coherentibus ex adverso repugnet? Dedimus nos quidem operam, ne in Parallelismi hujus testimonis simile quidquam peccaremus; nec hujusmodi reprehensiones vereremur.

5^o Nam quod impios quosdam homines bilaterantes auctori aliquando, vitam ac res Christi gestas, non aliter in veteris Testamenti libris predictas reperiri, quam in Homero aut Virgilio, ex quorum libris *ἀναρχή*, et Probae Falconiae Centones consuti sunt, dignum eorum inscitia est, quibus Centonum concinnandum ars parum perspecta est. Animadvertas siquidem constare illos lectionibus Homericis et Virgilianis, non vero sententiis. Quemadmodum enim scriptio quavis iis constat elementis, quae in indice litterarum, quem Alphabetum appellant, singula reperias; iis vero dictionibus, quae in lexico; ita Centones illi ejusmodi consarcinati sunt lectionibus, quas ex Homero et Virgilio in tantā narrationum varietate facile colligas. Veram totam aliquam narrativam comprehensionem handquam ex iis transferre queas; imò vero id velat lex Centonum, quae duos ad summum versus simul transferri patitur. Multum vero discrepat ea predictionum colligendarum ratio, quae non verba tantum aut enuntiationes, sed certè aliquid et definitae sententiae circumscriptionem, et singulare ac notis suis distinctum pronuntiatum continent; suisque personis, vel locis, vel temporibus adstrictae sunt et adjunctae; nec in alium, aliumve sensum conferri queunt, itidem ut Centones. Uno verbo dicam: longè aliud est, vestimenta tantum, quae lectionum instar sunt, subministrare, quod Homerus et Virgilius Centonum consarcinatoribus faciunt; aliud cum vestimentis corpus ipsum exhibere, quod Prophetarum proprium est.

6^o Hoc si fieret, quod postulat adversarii, nullique profertur Christi Jesu typl, nullae ipsius praenuntiae Prophetae, nisi totius contextus, praecedentiumque eo sequentium consensio roborat; si perpetuè orationis serie, et apertissimis verbis, nulla rerum aliarum permissione confusis, Christum prophetae praedixissent, jam tunc non prophetae essent, sed historiae; nec quidquam relictum esset futurum fidei; jam, ut verbis utar Apostoli, *eximio esset fides*. Est enim *fides sperandarum substantiarum rerum, argumentum non apparentium*. Juxta fidem, inquit ille quo, ne in eodem Epistola ad Hebraeos, *defuncti sunt omnes isti, non acceptis repositionibus, sed à longè eas aspicientes et salutantes*. Hinc David ignorantiae suae sibi conscius, et obscuritatis quae obseptum animum suum sestetabat, Deum his verbis interpellat, Psal. 42: *Emitte lucem tuam et veritatem tuam; ipsa me deduxerunt et adduce-*

runt in montem sanctum tuum et in tabernacula tua; et introibo ad altare Dei. Memorabile et illud Habacuc Prophetae, c. 2, v. 2, 3: *Et respondit mihi Dominus, et dixit: Scribe visum, et explana eum super tabulas, ut percurrat qui legeri eum: quia adhuc visus procul, et apparebit in fine, et non venietur; si moram fecerit, expecta illum, quia veniens veniet, et non tardabit. Ecce qui credulus est, non erit recta anima ejus in semetipso; justus autem in fide sua vivet*. Ergo Prophetis res eminus fuerant ostentatae, nondum clarè apparuerant. Hinc spectat sigillis septem signatum sacrum illud volumen, Joanni visum, quod solus Leo de tribu Judā aperire potuit. Nempe his promissionum et predictionum involucribus fidem sanctorum hominum exercebat Deus, per quam potissimum beneficiis ab eo ornari promeriti sunt. *Credidit Abraham Deo, ait Moyses, Gen. 15, 6, et reputatum est illi id justitiam*. Quod sanè proendo duntaxat legi, notitiam fuisse consecutus. *Non enim per legem promissio Abraham, aut sententia ejus, ut haeres esset mundi, sed per justitiam fidei*. Quantum igitur apud Deum valuerit Patriarcharum et Prophetarum fides, Hebraeis Apostolus fusè exposuit. At fidei, cui tantum tribuere Deos, locum relinquere oportebat; nullus autem fuisset relictus, nisi res futuras velut per nebulam, obscuras, huius, et imperfectas Deus prophetae, prophetae hominibus praemonstrasset. Nam cum triplici modo res attingere soleamus, vel per sensus, vel per intellectum, vel per voluntatem, majorem esse animadvertimus intellectus amplitudinem et capacitatem quam sensuum; majorem item voluntatis quam intellectus. Unde sequitur majorem inesse nobis ad intelligendum facultatem, quam ad sentiendum; majorem item ad volendum, et tandem ad amandum, quam ad intelligendum. Quamobrem Deus magis à nobis vult, quam cognosci; magis item cognosci, quam sentiri. Perfectè enim amari vult, aliqua tantum ex parte cognosci, nullo modo sentiri. Hinc illud Moysis à Christo iteratum: *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, et in tota animā tuā, et in tota mente tuā*. Hoc est maximum et primum mandatum. De cognitione Dei sic Paulus ad Corinthios: *Videmus nunc per speculum, et in enigmate, tunc autem facie ad faciem; nunc cognosco ex parte, tunc autem cognoscam, sicut et cognoscat sum*. Idem sibi volebat David, cum de Deo diceret: *Et posuit tenebras latibulum suum; et alibi: Nubes et caligo in circuitu ejus*. Et Isaïas: *Verè nunc Deus absconditis*. De sensibus vero sic Paulus ad Philippenses: *Pax Dei, quae exsuperat omnem sensum, custodiat corda vestra, et intelligentias vestras in Christo Jesu*. Optat pacem Dei, quae supra corporis sensus posita est, eorumque effugit captum, intellectus eorum et voluntates custodire. Idem ad Timotheum: *Qui solus habet immortalitatem, et lucem inaccessibilem; quem nullus hominum vidit, sed nec videre potest*. Deus ipse Moysi praecisè edixit: *Non poteris videre faciem meam; non enim videbis me homo, et vires*. Quo respiciebat Joannes, cum diceret: *Deum nemo vidit unquam*. Hinc Petro gratulatur Christus, quod ea de se crederet, quae ipsi caro et sanguis non revelasset. Hinc

spiritum promptum esse sciscit, carnem verò infirmam. Paulus quoque docet *prudentiam carnis, mortem esse; prudentiam autem spiritus, vitam et pacem*. Quod et pluribus locis inveniatur. Cum igitur perfectam sui cognitionem nobis Deus impertiri nollit, quiddam corporis huius vinculis constricti teneremur, suae *divinitatis* signa et indicia sic temperavit, ut in crepera luce ambulantes errabunda vestigia fidei ducta regeremus. *Diem sumus in corpore*, inquit Apostolus, *peregrinamur à Domino*; *per fidem enim ambulamus, et non per speciem*. Juxta hanc facultatem nostrarum distinctionem, triplex hominum genus agnovisse reor vetustos Ecclesiae Patres, *carneos, seu terrenos* qui rebus sensibilibus delitii sunt; *animales*, quorum omne est in animis ad Dei cognitionem attolendas studium; *spirituales*, quorum eximius est in Deum amor, ac pietas singularis. In his defectum intellectus fides sarci; et Prophetarum mysteria, ad quae mens humana caligat, fides irretitoris oculis intuetur. Haec quippe ambages iis extricatorum se promisit Deus, quorum dedita sibi mens esset, quique rectis studiis veritatem sectarentur. *Confiteor tibi, Pater, Domine caeli et terrae*, inquit Christus, *quia abscondisti haec à sapientibus et prudentibus, et revelasti ea parvulis*. Ita, Pater quoniam sic fuit placitum ante te. Quibus adnotant ista Pauli ad Corinthios: *Sapientiam autem loquimur inter perfectos, sapientiam verò non hujus saeculi, neque principum hujus saeculi, qui destruantur; sed loquimur Dei sapientiam in mysterio, quae abscondita est, quam praedestinavit Deus ante saecula, in gloriam nostram, quam nemo principum hujus saeculi cognovit; si enim cognovissent, nunquam gloriae Dominum crucifixissent*. Sed sicut scriptum est: *Quod oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit, quae preparavit Deus iis qui diligunt illum; nobis autem revelavit Deus per spiritum suum*; *Spiritus enim omnia scrutatur, etiam profunda Dei; et in sequenti Epistola: Quod si etiam operum est Evangelium nostrum, in iis qui perierunt est operum; in quibus Deus hujus saeculi excavit mentes in fidelium, ut non fulgeat illis illuminatio Evangelii gloriae Christi, qui est imago Dei*. Rursum ait Jesus Discipulis: *Vobis datum est nosse mysteria regni caelorum; illis autem non est datum; qui nempe superbis et elatis animis imbecillitatis humanae parum membris insolescerent*. Stuporem quippe ipsis et tenebras effundit Deus, ut quae occurrunt in oculis, ne ea quidem videre possint. Cum in numerum Israelitis retuli Isaïas, sic eos disertis verbis incensens: *Miscuit vobis Dominus spiritum soporis, claudet oculos vestros; prophetas, et principes vestros, qui vident visiones, operiet. Et erit vobis visio omnium, sicut verba libri signati, quem cum dederint scienti litteras, dicent: Lege istum; et respondebit: Non possum; signatus est enim. Et dabitur liber nescienti, dicaturque ei: Lege; et respondebit: Nescio litteras*. Par est istorum haec apud Danielem sententia: *Tu autem, Daniel, clande sermone, et signa librum usque ad tempus statutum*. Et deinde: *Et ait: Vade, Daniel, quia elatus sunt signatque sermones, usque ad profinitum tempus*. Nec aliud sibi volebat A. S., cum diceret: *Vae desiderantibus diem Domini*;

ad quid enim vobis? dies Domini ista; tenebrae, et non lux. Numquid tenebrae dies Domini, et non lux? colligo, et non splendor in ea? Idem etiam significabat velamen, quo factum olimpius Moses, cum de monte descendere. *Moses, inquit Paulus, ponebat velamen super faciem suam, ut non intenderent filii Israel in faciem eius quod excruciat, sed obstruit sunt sensus eorum; usque in hodiernum enim diem idipsum in velamen in lectione veteris Testamenti manet non revelatum, quantum in Christo atavatur; sed usque in hodiernum diem, cum legitur Moses, velamen positum est super cor eorum. Cum autem conversus fuerit ad Dominum, auferetur velamen. Hoc autem velum oculis suis obductum esse recentiores quidam Judaei indicantur, olimque sibi ab hominibus quibusdam detractum tri fatentur: tum videlicet, cum ab his Scripturas intelligenda modum rationemque condiscunt. Namque respiciunt ad hoc effatum Isaia: Et praecipitabit Dominus in monte Sion faciem vineam colligat super omnes populos, et telam quam orditus est super omnes nationes. Quam praedictionem ad Christum pertinere sequentia manifeste indicant, et Hebraei ipsi fatentur. Porro non omnes praedictiones involucris obsepis Deus, sed Propheciae quandoque claris, apertisque verbis oracula sua pandere jussit; eaque praesertim quae ad normam emendationem, vel ad instantiam malorum cautionem, aut emolumentum denique eorum conducere, quo praesentibus auxiliis Deus prosequi vellet; alias vero Propheciae, quibus graviora, et supra plebis captum posita inessent mysteria, intra quasdam obscuritatis lateras reclusit, ad excitanda videlicet plerum hominum studia, et profani vulgi obtutus arcendos. Propheciae igitur quaecumque auditoribus utilis haec cognitum iam inde esse poterant, et moribus emendandis opportuna, nulli adhibita occultatione, Deo et sic volente, proleciunt sunt. Quaecumque vero secreta etiora erant, ac his tantum tradi digna, quibus in aia patebant mysteria, quoque disciplinae erant reconceditioris ac studii, utpote quo vulgarem captum superarent, haec per obscuros sermones, per aenigmata et allegorias, per parabolas et parocimas explicarunt; et qui labori suo non parcerent, sed pro virtute et veritate operam omnem subire essent parati, disquisitione adhibita illarum assequerentur intellectum; eoque reperto, quemadmodum ratio postulat, uterentur. Verba sunt Origenis adversus Celsum disputantis.*

7. Animaladvertendum praeterea est prophetiarum quasdam unice admittere interpretationem, quae Christum merito respiciat; cujusmodi ea est quae habetur in nono Danielis, quaeque venturi Messiae tempus delimit: quasdam vero duplici interpretatione gaudere, alia *secundum 2460*, *secundum 2470*, sive, ut Rabbinici loquuntur, alia *secundum sensum suum*, hoc est, litterae suae sensum; alia *secundum sensum illum allegoricum*; sive, ut Origenes, alia *secundum sensum suum*, alia *secundum sensum suum*: harum autem duplex esse generis, cum aliae recte referantur ad Christum, ad alia vero oblique; aliae contra allegorice pertineant ad Christum, juxta obvia vero et simplicem significationem alio spectent. Prioris generis ea

est, quae habetur in vicinissimo primo psalmo, quamque adnotarunt Evangelistae: *Dissectur sibi vestimenta mea, et super vestem meam miserent sortem*: hoc enim revera et *secundum 2460*, Christo contigit, Davidi vero oblique. Alterius generis hoc exemplum suppeditat idem psalmus: *Narrabo nomen tuum fratribus meis, in medio Ecclesiae laudabo te*; quo de se quidem David *secundum 2460*, de Christo vero *secundum 2470*, praesertim. Quamvis autem *secundum 2460* potest in Christum congruere. Postremo huic generi duplex inest futurorum indicium, ut recte à Grotio observatum est, his, inquam, vaticinia littere praesignificant: prima quidem, cum ipsum dicitur oraculum, secundo in eo exitum habet, quem directe spectavit. Exemplo erit nux allatum Nathanis vaticinium, quo Davidem Deus sic compellat: *Succidito semen tuum post te, quod egredietur de utero tuo, et fructu regnum eius; ipse edificabit domum nomini meo, 2 Reg. 7, 12*. Cui ea enim ad Salomonem directo, oblique ad Christum spectant; et per verba haec Christus primam praedictus est, tum cum vaticinium ipsum edidit Nathan; iterum quoque praedictus est Christus, per tyrum, cum ortus est Salomon, ad quem directo spectaverat Nathanis oraculum, quemque Christi figuram gerere ostendimus; et cum templum construxit, quod Ecclesiae à Christo adificatae imago fuit. Sed de hoc praedictorum genere, quae sunt per figuras, jam supra egimus; quod atinet ad ea quae sunt per verba, triplicem his, totique ad Scripturas, inesse sensum docuit Origenes, ut in Origenianis nostris observavimus, triplicem proutque eius interpretandi genus agnovit, et quod littera adhaeret, et quod *secundum 2470* persequitur, et quod utrumque. Sed verba ipsa egregii doctoris afferre satius est: et ostendimus, ut opinor, auctoritate Scripturae divinae, ex his quae in lege scripta sunt, aliqua penitus reingenda esse et cavenda, ne secundum litteram ab Evangelicis discipulis observentur, (nempe ea quae Christum *secundum 2470*, alia vero *secundum 2460* respiciunt, in quibus latentem figuram occultamus, tum enim verba littera occidit; de quo genere sic idem in primo capite Philocaliae: et Sed quoniam sunt quaedam Scripturae, quae nihil habent corporeum, ut deinceps ostendimus, et animam tantum et spiritum nonnisi querere oportet. Nempe id sibi vult, Scripturas hujusmodi vel corporeum nihil inesse, sensum videlicet nullum *secundum 2460*, vel si quis insit, levem cum esse, momentum nullius, ac pro nihilo duendum.) Quaedam vero, et ut scripta sunt, obtinenda (ea videlicet quae verba ad Christum pertinent), alia autem habere quidem et secundum litteram veritatem sui; recipere tamen et utiliter et necessario etiam allegoricum sensum (numquam quo ad Christum spectant *secundum 2460*, ad alia vero *secundum 2470*). Triplicem hunc sensum distingueret videtur Josephus in Antiquitatum suarum Prooemio, cum legem à Mose sic conscriptam esse docuit: et Haec quidem aenigmati, uti par est, involvente legislatoris; alia expositio allegorice cum dignitate; quaecumque vero directe proponere utile fuit, ea planè

et discretè explicante. Quorum omnium causas privatim exponere sibi Josephus proposuerat.

8. In interpretando quo genere prophetiarum, alii quoque Scripturae locis, quae allegoricum sensum recipiunt, plerumque Judaeorum desudavit industria. Testis Philo, qui totis allegiarum voluminibus Scripturam sacram explanavit. Testis et Aristobolus, idem Judaeus, Philone antiquior, et in Machabaeo secundo laudatus, qui Mosen interpretans allegorici usus est, cuius insigne fragmentum ad id probandum attulit Eusebius. Testes et Therapente à Philone celebrati, sive Judaei, sive Christiani Judaica instituta servantes, à quibus *explicationes sacrarum Scripturarum sibi tropice per allegorias*, quique morem huic à majoribus acceptum. Testis Eleazarus pontifex apud Aristeam; qui Aristes, germanusne sit, an supposititius, operum nostrorum non est nunc inquirere; satis est hoc veterum Hebraeorum institutum esse cognoscere. Testis denique Josephus, in loco proxime notato. Veniunt et in hunc sensum Deuterote, Scripturarum sacrarum interpretes, quos scribit Eusebius exponere solitos fuisse, quae per aenigmata in eis essent adumbrata. Quos inter hi tantum admittentur, qui robusta ac praesentia quadam animi maturitate et vi praediti essent. Conferendi illuc quoque quos *concionatores* appellant. Porro *secundum 2470* illam *secundum 2460*, Philoni memoratam, quam *secundum 2460* opponit Platarchus, explicandis Homerum poematis iam olim adhibitam fuisse dicitur ex Platone, cum Homerum *secundum 2460* minime recipiendas esse docet, *secundum 2470* *secundum 2460*, cum non facile dignoscere possit adolescens, quid sit *secundum 2460*, quid non. *secundum 2470* intellige, quae deinde allegorice dicta sunt; veterior enim scripturae ea vox est, teste Platarcho. *secundum 2460*, sive *secundum 2470* (utroque enim nomine appellatur) Judaei *secundum 2460* dixerunt, isque libros suos refererunt; nec minus his tribuunt nonnulli auctoritatis et fidei, ac cabalisticis ipsis traditionibus, ut auctor est Maimonides in More Nevochim. Et quoque significationem allegoricam *secundum 2460* et *secundum 2470* appellant, eosque alibi valde falli, qui eam exponant tanquam locutiones ab hominibus usurpatae solitas; cum exponenda sit tanquam parabola; nudam vero et simplicem appellant. *secundum 2460*, et *secundum 2470*. Et jam olim scitum est inter ipsos omni Scripturae sensum inesse utrumque, simplicem cum occulto. Hinc Agadici dicti, in Midrasch Thehilim, aliisque Judaeorum scriptis memorati, qui in erendis proferendis mysteriis operam consumebant omnem, nec cabalisticis nugis abstinere. Perpam hi erant numero, fortasse ob studii difficultatem, quae plures detorquet; eorum quoque scriptioes erant oppido rare; fortasse quod vulgi captum praerirent. Idem Maimonides in Jad Chazacab, libro de Conversione, tertio capite, terram Chanaan significare ait, terram viveantium; hanc autem esse *secundum 2460* sensum. Idem libro de Regibus, postquam lupi et agri concordiam allegorice exposuit, universè concludit has *secundum 2460*, isque similes, quae pertinent ad Messiam, allegorias esse. Pleraque hujusmodi proponit; et

Praefatio in Misnaoth, dicitur Thalmudis, quae *secundum 2460* sumpta, ridenda absurditatis plena esse videbat, ad *secundum 2470* detorsit. Eadem aliorum multorum ratio est. Thalmudista, capite quinto Berachot, omnem tabernaculi mosiaci suppellectilem ad caelestium significationem revocat. R. Isaac Abrabaniel, vir celebris inter suos, docet omnem tabernaculi apparatus ad id praecipue esse instructum, ut sit, *velut liber sapientiae sublimioris, et rei gloriosae quam ita referuntur*. Idem apud R. Mosen Abeldam reperitur. Quid reliquos commemorem, qui nulla littera doctrinam non contenti, ad allegorias mentem extulerunt, quales inter ceteros Rabba ben Nachmoni in Beresith Rabba, et R. Jacob Baal Hatturim in Genesis, et R. Simeon in Jalcut, et Elisah in Ecclesiasten, et R. Joseph Samgia in convocatione sanctitatis, et auctor libri, cui titulus est: *Poman et fos*. Circumferunt liber Rabbinicus, cui titulus est: *Fundamentum Cantionum*, expositio videlicet libri Ruth, quae ostenditur genitum in Scriptura contineri sensum, apertum et operant. Istarum *secundum 2460* diversa genera exposita sunt à R. Azaria in Meor Enajim, et ab Abon-Ezra in Thareson. Laudatus jam saepe Maimonides, in praefatione preclari operis Mo e Nevochim, multa de Scripturae sacrae parabolis et aenigmatibus disserit. Ac primum ostendit, non solum perloque hoc docendi genere usos esse sapientes, sed et necessario hoc fecisse, nec aliter facere potuisse. Tum multiplicis aite esse parabolarum formas, ad idque potissimum susceptum sibi hoc opus, ut ad Prophetarum parabolis intelligentis lectoriam muniret; nec enim ad prophetiarum vaticinationum intelligentiam posse perveniri, nisi ostendatur parabolarum ratio teneatur. Atque id confirmat hoc loco Osae: *Ego visionem multiplicavi, et in manu Prophetarum assimilabo, sive, similitudines proponam*. Id enim sonat hebraice vox, *מרבית*. Utitur et hoc Ezechielis, 17, 2: *Fili hominis, propone aenigma, et narra parabolas ad domum Israel*: et hoc altero, Ezech. 20, 40: *Et dicit, A, a, a, Dominus Deus; ipsi dicunt de me: Numquid non per parabolas loquitur iste? Quibus addit et ista Salomonis, Prov. 1, 8, 6: Audians sapiens sapientior fieri, et intelligens gubernacula possidebit; amandabit parabolas et interpretationem, verba capientum, et aenigma eorum. Deinde ex *secundum 2460* de parabola ad parabolum progressum fieri, voluit per funes connexos ac coherentes, ad intelligentiam legis, sic tanquam in profundo potu latente, et quocumque in ea de rebus ac ceremoniis tradita sunt, occulta mysteria continere. Demum verba, quae parabolum continent, candela parvi pretii comparat; lateatque verè in eo sententias, margarita, quae cum in tenebris prolapsa intercedit, diabolis illa ad eam conquirendam et reperendam candela accenditur. Ad Therapente apud Philonem, et altissima comparatione legem animalis similem esse dicit, et verba quidem, corporis; animae vero, sensus verbis inclinos. Abon-Ezra Scripturae sacrae sensus, corporis instar esse dicebat, allegorias, vestimentorum. Neque solum constat priores Judaeos admississe allegoricum interpretandi*

genus; sed litteræ etiam corticem præ eo sæpè spre-
visse, et præcepta legis, non prout concepta sunt ver-
bis, sed juxta mysticum sensum servasse, Eusebio
affirmanti credendum est: Quoniam, inquit, autem
de sacrorum legum præceptis, et allegorico qui his
inest sensu discernimus, sequitur ut notemus genus
et universum Judæorum in duas partes esse divisum,
et multitudinem quidem legum præceptis, prout
verbis concepta exstant, subjecisse; reliquam verò
partem, eorum videlicet quorum firmiores mentes
sunt, hæc necessitate solutos, ad divinorem quan-
dam philosophiam, et supra vulgi captum positam,
et ad allegoriorum sensum, qui in lege reconditi
sunt, investigationem animam adhibere voluisse.
Onkelos nobilissimum Mosis interpretem allegorias
nonnullam persequi, et ipsa res clamat, et declarat
Aben-Ezra, allegoricis licet interpretationibus valde
adversarius Videat nunc Judæi recentiores, atque
inimpro perveicacissimi inter ipsos Caraitæ, quantum
ab hæc doctrinâ recesserint, dum legis verbis adhae-
rentes, mysticos sensus et allegoricis interpretationes
respuunt; spreto majorum suorum more, quorum qui
cordatioris erant, neglectâ in multis, quoad litteræ
sensum, lege, eadem juxta allegoriam ferè obsequen-
bantur. Notabilis est iuprimis clarissimi doctoris
Aben-Ezrae audacia, qui in Dissertatione quâdam,
quæ legis explanandæ diversos modos proposuit, eum
solum amplectitur, qui litteræ inhæret ac verba per-
sequitur, allegorias omnes repudiat. Quanquam ali-
quibus Scripture locis inesse mysteria, ad eaque as-
surgendum esse fateri cogitur. Et verò nisi de suâ
pertinaciâ remitteret hoc verporum genus, et multa
quidem in lege littera exstat, et quæ non pendente montes
mugi.

9. Alcanus ad ethnicos, quorum plerique hoc ge-
nere delectati sunt. Homeri, ut dixi, poemata in alle-
gorias jam olim à plerisque tracta fuisse, vel ex uno
hoc, quod attuli, Platonis effato colligitur. Exstant
olim Homericæ allegoriæ Metrodori Lampasæni; ex-
stant hodieque et illæ Heraclidis Pontici, et Porphyrii.
Nonnullas etiam Plutarchus in libro de vitâ et poesi
Homericâ proposuit. Idem in libro de audiendis Poe-
matibus egregium earum exemplum affert, undè intel-
ligas quos intrâ fines eas debuerint consistere, ne vel
pregrederentur longius nimis curiosi et ingeniosi in-
terpretes, mysteria Homero affingentes de quibus ne
in somnis quidem cogitavit; vel in nudo verborum
sensu hærerent. Longè verò plurimas reperias apud
Eustathium. Notabile est illud Dionis Chrysostomi in
Oratione de Homero, solum fuisse Homericis tempo-
ribus res naturales fabulis implicare. Addidisset,
res quoque pertinentes ad mores et ad politica, et
cujuscumque tandem generis, figmentis dissimulare.
Hieroglyphicæ Aegyptiorum, eorumque significationes
retili in litteras Chærenon, Augusti ætate. Nec multo
post Cornutus Græcorum mythologiam nature ratio-
nibus accommodavit, eo libro, qui sub Pliniani no-
mine circumferitur. Ab utroque, Cornuto, et Chære-
none, Græcorum mysteriorum allegoricè interpre-
tandorum rationem, accepisse Origenem testificatur

octavo, his verbis Deum orat propheta: *Revela oculos
meos, et considerabo mirabilia de lege tuâ; futurorum
nempe præsignificationes. Atque ii sunt verè clausi,
significative sermones, de quibus futurum prædicit
Daniel, 12, 10, ut neque intelligant omnes impii, porro
docti intelligant.* Hoc argumentum eruditè prosecutus
est contra Celsum Origenes noster, et libro quarto de
Principiis, quem qui studiosè legerit, opere fructum
feret. Unum hæc addam, quod jam suis locis monni,
undè obhærentia Judæorum pertinaciâprehenditur,
ipsos quantumvis exosos allegoricæ explanationes,
eandem tamen admittente, ad eludenda vaticinia pro-
phetarum, que in Christo Jesu *verè* *legis* completa
sunt. Velut illud Davidis: *Foderunt manus meas, et
pedes meos; tum istud: Diviserunt sibi vestimenta mea,
et super vestem meam miserunt sortem; atque hoc
etiam: Et dererunt in escam meam fel, et in siti meâ
potaverunt me aceto; et id quoque Isaie: Et adde te in
fœdus populi, in lucem gentium, ut aperires oculos ca-
ecorum, nonne et illud Zachariæ: Ecce rex tuus veniet
tibi justus et Salvator; ipse pauper, et ascendens super
asinum, et super pullum filium asine; tum et illud ejus-
dem: Et appenderunt mercedem meam triginta argen-
teos. Quæ *Abpappas*: Judæi pro arbitrio detorque-
rent. Sed et inter novitios Judæos R. Manasse in opere de
Resurrectione multas patrum suorum ineptias, in
Thalme Rabbinorumque libris consignatas, licet ad
allegoricum sensum, sese quo singulari tractatu actu-
rum spondet de allegoriis, que his scriptioibus con-
tinentur. Suis sibi denique gladio jugularit ipsi, cum
pervulgatum hoc inter eos usurpant effatum: *Ne unica
quidem in lege littera exstat, et quæ non pendente montes
mugi.**


10. Nunc antequam manum tollamus de tabulâ,
postulare locus, ut de ethnicorum oraculis disputare-
mus, quæ prophetice facultatis specie quâdam vulgi
stoliditati diutissime illuserunt, et christianæ legis ad-
versariis ad prædicationem veteris Testamenti vim
oppugnandam argumentum præbere possunt. Nam si
prophetias, quibus se tutatur, habet etiam mendacium
et impietas, quid in his præsidii veritas collocabit?
Verum jam tum etiam cum maxime vigere oracula,
ita prolapsa erat eorum fides apud sanctæ mentis homi-
nes, ut nihil inter eos esset contemptus. Pythiam autem
à Philippo corruptam, facere dicebat Demosthenes
ἐλαττωμένη. Chrysippum superstitionibus valde dedi-
tum, ut Stoicum decuit, oraculis totum volumen im-
plexisse ait Cicero, *partim falsis, partim casu veris, ut
fit in omni oratione sapientissimè; partim sterilibus et*

Porphyrius. Edidit Palaphatus Aegyptius: *Solutiones
eorum que fabulosè dicta erant.* Totus est in hujusmodi
fabularum Græcorum allegoriis evolendis Fulgentius
Planciades. Quasdam et illarum anagagas scripsit
Michael Pselus. At consumpsit futurum temporis,
Zenonis, Chryssippi, et Diogenis Babylonii libros, qui-
bus fabularum historiam à nugis disjunctam, traduxe-
runt ad Physiologum, et Orphei ac Musæi nominibus
prescriptas fabellas, tum et illas Homeri ac Hesiodi,
ad sensus de Diis opiniones applicarunt. Vana sanè
fuisse eorum opera, qui doctrinam suam velarunt
figmentis, nisi fuissent qui dispellere tenebras, et ar-
cana creore studuissent. Imò verò fatendum est, qua-
cumque gens fabulatos habit, eandem et suos fa-
bularum interpretes habuisse. Id quod de Assyriis et
Arabibus Lucianus commemorat. Plura affere po-
teramus in eam sententiam, si incerta res aut contro-
versa ageretur. Satis profectò ex istis intelligitur me-
talepticum hoc interpretandi genus hebraicis scriptoribus
pariter et *noti* *habere* acceptum ac familiare fuisse; ac
iniquè porro facturos, si qui in nobis culpæ deudeant,
quod in aliis probare coguntur.

10. Nunc antequam manum tollamus de tabulâ,
postulare locus, ut de ethnicorum oraculis disputare-
mus, quæ prophetice facultatis specie quâdam vulgi
stoliditati diutissime illuserunt, et christianæ legis ad-
versariis ad prædicationem veteris Testamenti vim
oppugnandam argumentum præbere possunt. Nam si
prophetias, quibus se tutatur, habet etiam mendacium
et impietas, quid in his præsidii veritas collocabit?
Verum jam tum etiam cum maxime vigere oracula,
ita prolapsa erat eorum fides apud sanctæ mentis homi-
nes, ut nihil inter eos esset contemptus. Pythiam autem
à Philippo corruptam, facere dicebat Demosthenes
ἐλαττωμένη. Chrysippum superstitionibus valde dedi-
tum, ut Stoicum decuit, oraculis totum volumen im-
plexisse ait Cicero, *partim falsis, partim casu veris, ut
fit in omni oratione sapientissimè; partim sterilibus et*

obscuris, ut interpretes egerint interprete, et sors ipsa rife-
renda sit ad sortes; partim ambiguis, et que ad dialo-
cicum referenda sint. Audiamus præterea Origenem
sic disputantem contra Celsum: C. Possimus quidem,
et si Aristotelis et Porphyreticorum scripta compilare,
et velimus, non pauci asserere ad ea labefactanda, que
de Pythiâ et reliquis oraculis feruntur. Possimus
et quoque, si expræmamus que de hisdem rebus ab
Epicuro, ejusque sectatoribus disputata sunt, ostē-
dere, nonnullos Græcorum refellere et aspernari
oracula, que per universam Græciam communi et
et tralatitio usò, etiam cum admiratione recipiuntur. Vani-
tatem verò oraculorum aperte conficitur Porphy-
rius, rei opprimè consultus, ut qui librum scriperat
de Philosophiâ et oraculis petiit. Rem pluribus testi-
moniis, tum exemplis ac rationibus confirmare prom-
ptum esset; sed cum Eusebius toto id libro Prepara-
tionis Evangelicæ sexto præstitit, amandari se illic
lector benignus patiatur. Idem omninò de sibyllinis car-
minibus potandum est; non recentioribus istis, que
circumferuntur et *æthiopicis*; vulgò damnata sunt, sed
de antiquis etiam, quorum meminerunt veteres.
Callidè, inquit Cicero, qui illa composuit, perfecti,
et ut quodamque accessisset, prædictum videretur, et
et hominum et temporum deflectione sublati. Adhi-
bit etiam latebram obscuritatis, ut idem versetur.
Et deinde: C. Quamobrem Sibyllam quidem sepositam
et conditam habeamus, ut id quod proditum est à
majoribus, in jussu Senatus ne legantur quidem libri,
et valentique ad deponendas potius, quam ad susci-
piendas religiones. Post operam ad scriptiorem
illarum futilitatem demonstrandam utiliter à Blondello
positam, in longiori argumenti lujus tractatione, nihil
ingratius, lectori inutilis labor poneretur. Quanquam
et ea, que in contrarium attulit Joannes Crassetus,
pietate insignis et doctrinâ, cum fructu et voluptate
legi possunt.

ACOSTÆ VITA.



ACOSTA (Josephus), natione Hispanus, patriâ Methymnensis, à puero se Societati Jesu addixit anno salutis
1553, nondum expleto ætatis sue 14. Quatuor alios natu majores fratres habuit in eadem Societate, Hierony-
mum, Jacobum, Christophorum et Bernardinum, quorum postremus obiit Mexici 29 maii, anno 1615, ob vir-
tutum eximiam cum insigni doctrinâ eo conjunctam, magno sui desiderio relicto. Vir fuit ingenio prestanti, acri
iudicio, labore indefesso, facundia doctrinâque excellens, qui omne disciplinarum genus didicit, et professus
est. Primum de sua Societate Oecumia Theologiam docuit; deinde in Occidentis solis Indiam navigavit anno 1574
et Perannam Societatis Jesu provinciam præpositus provincialis successit, qui omne disciplinarum genus, rexit do-
num professorum Vallisoleæ. Int. fuit Congregationi generali quintæ, ex designatione speciali cum jure
suffragii. In Aragoniâ et Bæticæ provinciis visitatoris partes egit, et aliis etiam repeditis numeris functus est.
Dentum Salmanticensis collegii habens cum teneret cum laude prudentiâ, integritatis, et doctrinæ, morbo
oppressus mortalitatem exiit, die 15 Februarii, anno seculari 1600, ætatis sue 60, professionis quatuor voto-
rum 50.

Scripsit: *De Christo Revelato Libros 9.* Romæ apud Jacobum Tornierum 1590, in 4°, et Lugduni apud Joan.
Baptistam Baysson 1592, Salmantiæ, et Venetiis; — *De Temporibus Novissimis Lib. 4.* Ibidem apud eodem,
iisdem annis; — *De naturâ Novi Orbis Libros 2* quos etiam Hispanicè vertit. — *Et De Pronuntiatione Evangelii*